

LIBRIS  
Belgicus

B

77




N

Diese being.

all

with

B. 790.




— 4 —  
Ex libris Bartholomaei Saur  
Duderstadiani.

Anno salutis nostrae

1628.

Disce, sed à doctis, indoctos ipse  
docebo.









MERCVRII GALLOBELGICI,

M. GOTARDO ARTHUSIO p. m. Suc-  
CENTVRIATI,

*Sive*

RERVM IN

GALLIA ET BELGIO PO-

TISSIMVM; HISPANIA QVOQVE,

ITALIA, ANGLIA, GERMANIA, VNGA-

ria, Transylvania, vicinisq; locis, à nundinis Francofor-

diensibus 1626. vernalibus, ad autumnales vs-

que eiusdem cum primis gestarum,

HISTORICÆ NARRATIONIS

*continuata,*

TOMI DECIMI SEXTI,

LIBER PRIMVS.

*Verè & fideliter conscriptus per*

GEORGIVM BEATVM Fr.



FRANCOVRTI,

*Sumptibus viduae Sigismundi Latomi, Anno 1626.*

*MAGNIFICO, NOBILI, CLA-*  
*rissimo, & Consultissimo viro,*

D. MARTINO MAGE-  
RO, A SCHOENBERG, JC. S.  
LATERAN. PALAT. AVLÆQVE  
Cæsar. Comiti, &c. Ser. Archid. Leopoldo,  
& Reueren. Principi Episcopo Her-  
bipolensi à Consilijs,  
&c.

Dn. PATRONO ET FA-  
uitori suo gratiosissimo

DEBITÆ GRATITVDINIS, ET  
obseruantiaẽ monumentum

offert

*M. Georgius Beatus,*  
*Francos. Notar. Publ.*  
*Cæsar.*

148





MERCVRII GALLO-  
BELGICI M. GOTHAR-  
DO ARTVSIOP.M.  
SUCCENTURIATI,

TOMI XVI. LIBER I.

*EORVM, QVÆ à NVNDINIS  
Francofurtanis Anni 1626. Vernalibus, vs-  
que ad nundinas autumnales eiusdem Anni,  
memoratu passim digniora accide-  
runt, relationem conti-  
nens.*



UPERIORI libro, beneuole  
Lector, qui fuit Tomi XV. liber  
Quintus, faciem Conuentus  
Brunsvicensis, latius exposui-  
mus, docuimusque, quibus ex  
causis illustres illæ animæ & Heroes spera-  
to iamdudum, & ardentibus adeo votis de-  
siderato effectu Pacificationis defraudati,

Anno  
1626.

A a Conz

Anno Conuentum solennem soluere, & cura sol-  
 1626. licitudineque graues furiosis Martis Consi-  
 liis, & Bellonæ conatibus frenum laxare, ad-  
 acti fuerint: eumque in finem literas & Con-  
 sultationes inter partes illas Illustres agita-  
 tas, quæ tum temporis ad nos peruenerent, tuo  
 commodo produximus. Verum cum non-  
 nullæ, & quidem vel potiores, & primariæ  
 Consultationes, Replicæ, & Resolutiones,  
 hac demum ætate nobis redditæ fuerint, et-  
 iam illas hic loci producere, & tuis vsibus  
 tradere voluimus, vt vel sic integrum quasi  
 corpus Consultationum & Resolutionum  
 in Illustri hoc conuentu pertractatarum ha-  
 beres.

Et quidem sub initium Conuentus hu-  
 ius, Legati Prouinciæ Inferioris Saxonicae,  
 Consultationem, siue Memoriale (vt vo-  
 cant,) in Puncto Pacificationis, siue Medio-  
 rum & Articulorum, quorum ad normam  
 Pacificationis illud negotium instituen-  
 dum, Delineationem, subsequenter tenoris  
 edidit.

*Consulta-  
 tio, siue de-  
 lineatio ar-  
 ticulorum,  
 quorum ad  
 normam Pa-  
 cificationis  
 negotium  
 instituen-  
 dum.*

Proposuisse nimirum Principes & Status  
 Inferioris Saxonicae Prouinciæ, superiori  
 conuentu, literis mense Augusto proxime  
 elapso, ad Serenissimum Saxoniae Electo-  
 rem datis, media nonnulla, siue Articulos  
 quosdam, Pacificatorios, ad quorum nor-  
 mam

nam & formam pacificationis negotium Anno  
 dirigendum, & ineundum foret: Vt nimi- 1626.  
 rum Illustris D. Comes Tillius, de exercitu  
 è Saxoniae Inferioris prouincia abducendo,  
 & locis occupatis, viribus & arcibus resti-  
 tuendis damnisque illatis resarciendis, &  
 Prouincia hac armorum metu etiam in po-  
 sterum liberanda, idonee cautionem præ-  
 stet: Vt principes & ordines huius prouin-  
 ciæ in ditionibus & principatibus suis tam  
 hæreditariis, quam libera electione acqui-  
 sitis, contra S. Romani Imperii de pace Re-  
 ligionis, aliasque Constitutiones, in primis  
 vero in libero exercitio Augustanæ Confes-  
 sionis, nõ perturbet, vel impediatur: Vt vtrun-  
 que Cæsareum exercitum tam sub Ducis  
 Friedlandiæ, quam suis auspiciis militantem  
 abducatur, hocque modo Principes, Status &  
 subditos huius Prouinciæ ab omni vi hosti-  
 li, & inuasionem violenta immunes reddat.  
 Vt Principibus & Statibus tam Ecclesiasti-  
 cam quam secularem iurisdictionem in di-  
 tionibus suis hæreditariis, & electione sibi  
 obuenientibus, competentem, Capitulis et-  
 iam (vt vocant) electiones & postulationes  
 suas saluas, & illæsas conseruet, meru omni  
 mandatorum pœnaliu absque clausula in  
 causis Religionum, proprio motu decer-  
 nendorum, represso, Visitationibus etiam

Anno monasteriorum, quas quidam præteritis  
 1626. proxime temporibus, absque consensu &  
 præscitu Principum & dominorum territo-  
 rii, per peregrinos Abbates instituere, & per-  
 agere conati sunt, sublatis: Principibus ve-  
 ro & Statibus cum prouinciis suis & regio-  
 nibus tam hereditariis, quam electione ac-  
 quisitis, & bonis Ecclesiasticis in Imperia-  
 lem S. Cæsar. Maiest. protectionem, absque  
 metu excussionis receptis. Quæ omnia si Il-  
 lustr. D. Comes Tillius re ipsa præstiterit,  
 velle sese exercitum omnem in vsum & ad  
 defensionem huius prouinciæ cōscriptum,  
 Sacramento soluere, & dimittere, cuius suæ  
 voluntatis & propositi etiam alias significa-  
 tionem dederint, eoque in proposito & de-  
 claratione etiamnum perseuerare, &c. Brun-  
 suici 2. Nou. 1625.

*Responsio,  
 & excusa-  
 tio Principū  
 & Statū  
 inferioris  
 Sax. Prou.  
 ad Ser. Ele-  
 ctorem Sa-  
 xonia.*

Posthæc Legati Principum & Statuum  
 Prouinciæ huius Saxonix Inferioris excusa-  
 tionem & responsionem ad Serenissimum  
 Saxonix Electorem, instituerunt, Intellexif-  
 se nimirum sese, ex Ser. Cels. Suæ literis II.  
 Nouem. perscriptis, iniquiore Cels. suam a-  
 nimo tulisse, moram præparatoriis Pacifica-  
 tionis propositæ, interuenisse, & saluicon-  
 ductus literas minus tempestiue expeditas,  
 retardaramque fuisse negotii pacificatorii  
 expeditionem, eo quod Status Prouinciales  
 personaliter

personaliter Conuentui interuenire noluerunt, sed Legatos, (quorum etiam nunc aliqui desiderentur) absque tamen necessariis & sufficientibus mandatis, eo destinarint, exhortari proinde clementissime Celsit. Senixe, vt ipsi operi & negotio Pacificatorio, salutarem & indefessam manum adhibeant, expeditumque illud quam primum reddere, & pacem tandem in florentissimis hisce prouinciis reducere studeant.

Anno  
1626.

Hisce igitur intellectis sperare sese (Legatos) Sereniss. S. Cels. ex literis suis Brunsvici 11. Nouemb. exaratis, clementer intellexisse, moram hanc, & retardationem præparatoriorum ad negotium hocce Pacificationis tendentium, sua culpa minime prouenisse, verum cum tum temporis Cels. suæ Interpositio nondum certo constituta, incertumque fuerit, an, & quibus mandatis quoue saluo conductu instructos Comes Tillius missurus sit, interea tamen nihilominus Friedlandiæ Dux Prouinciam Brunsvicensem ingressus, nonnulla Archiepiscopatus Magdeburgensis, & Episcopatus Halberstadiensis loca occuparit, non potuisse Principes & Status, facie hac rerum stante, Legatos ad Conuentum indictum ablegare, nisi prius etiam de saluo conductu aliisque huc spectantibus constitisset. Accessif.

Anno 1626. se interim & aliud incommodum, dum dubitaretur, an salui illius conducti formula, sub nomine solum Prouinciæ huius à Legatis expedienda, vel potius certas ob causas nomine Seren. & potentissimi Regis Daniæ, Ducisque Brunsvicensis etiam foret conscribenda. Præter hæc etiam Ducis Friedlandiæ Legatos expectandos fuisse, quorum præsentia etiam huic negotio perquam fuisset necessaria, & quidem posthæc Comitibus Tillij Legatos præcedenti appulisse die, aduentu Fridlandicorum in præsentem destinato.

Principes vero & Status laudatissimæ huius Prouinciæ, pacifico adeo animo & clementissimo esse, vt etiam sese, (Legatos) necessariis & sufficientibus mandatis ad hoc negotium peragendum instruxerint, licet in quibusdam interdum, dubiis forte an exorientibus controuersis, vltior regressus, & instructio ab ipsis petenda, prout etiam in puncto induciarum à Seren. sua Cels. propositarum, necessarium fuerit visum. Velle proinde sub aduentum Fridlandicorum omnia sua consilia & actiones ad propositæ Pacificationis negotium vrgendum, & perficiendum, dirigere, idque eo magis, cum S. Cæsar. Maiest. auctoritatem & præminentiam,



tiam, & pacis stabiliendæ negotium perpe- Anno  
tuo ob oculos habeant. &c. Brunsvic. 17. 1626.  
Nouemb. 1627.

Præter hæc Legati etiam absque præiudi- *Articuli &*  
cio media quædam & articulos proposue- *media à Le-*  
runt, quibus induciarum negotium consti- *gatis Pro-*  
tui posset. Vt induciarum nempe constitu- *vinc. Sax.*  
endarum tempus, 14. dierum, more milita- *Infer. in ne-*  
ri recepto, certis de causis, ab illo tempore *gotio indu-*  
numeretur, & constituatur, quo omnibus *ciarum*  
in castris, induciæ illæ denuntiatae, & singu- *proposita.*  
lis omnibusque militibus, ac copiis tam e-  
questribus, quam pedestribus, & Ducibus  
illorum, summis, infimisque significatae fue-  
rint, fiatque initium illarum Calendis pro-  
xime subsequenti mensis Decembr.

II. Cum induciæ illæ prædicto tempore  
die noctuque duraturæ sint, omnes interim  
hostiles inuasiões, violentiæ, & oppressio-  
nes, cessare debeant, nec vlllo modo vlli, ne-  
que directo, neque per indirectum, sub quo-  
uis prætextu & nomine, violentia infe-  
ratur.

III. In tantum, vt hisce induciis curren-  
tibus vterque exercitus ab omni inuicem  
hostili oppressione abstineat, quin potius a-  
mice inter se viuant, omni violentia & ho-  
stilitate, damno & iniuria cessante, nulloue  
modo castra & mansiones suas dilatare, ex-  
tendere,

A 5 tendere,

Anno tendere, mutareve possint, vel debeant, 1626. nulla etiam excursione, deprædationeque facta.

IV. Quin etiam ab neutra parte vlla exactio, vel contributio iis in locis, quæ in potestate habent, exigatur, sed potius præsentis pecunia omnia necessaria conquirere studeant.

V. Nec etiam exactiones ante hac subiectis ditionis Magdeburgicæ, Halberstadianæ & Brunsvicensis impositæ, exigantur, multo minus ea, quæ tempore induciarum currente, exigi non potuerunt, petantur.

VI. Vterque exercitus loca nulla, nullasve arces, vel vrbes, vi, minis, aut peruersionibus, occupare nitantur, nullas munitiones in locis occupatis excitent, præsidia augeant, nihilve importent, aut euehant, neque etiam Nobilium artes occupare conentur, sed potius in statu pristino, omnia relinquant integra.

VII. Sub voce hostilitates, omnia quæcunque in S. Romani Imperii Constitutionibus de Pace publica, & Iure Cæsareo prohibita sunt, intelligantur, & hoc respectu vis omnis & violentia prohibita dicatur.

VIII. In tantum vt & deprædationes & depopulationes viarum regiarum, & itinerum in primis prohibita intelligantur, omnibusque

butque iter facientibus securus pateat & sal- Anno  
uus conductus 1626.

IX. Illique omnes, qui contra hasce induciarum leges quicquam attentare ausi fuerint, alteri parti puniendi tradantur.

Hæcque omnia & singula, loco solitæ cautionis, peculiari scripto comprehensa, ab Illustr. DD. vtriusque exercitus summis Ducibus, sub assertione principalis fidei, rata habeantur, conficiantur, & executioni demandentur, originalibus harum Induciarum documentis Seren. DD. Interponentibus Principibus traditis, Sign. Brunsvic. 21. Nou. 1625.

Ad hæc Legatorum Prouincialium Saxonorum proposita media, & articulos Legati Ducis Friedlandiæ, responderunt, In-  
ellexisse nimirum sese, quæ ex parte Legatorum inferioris Prouinciæ Saxonicae, tanquam media & articuli, ad quorum normam Pacificationis tractatio instituenda foret, (absq; tamen vllius præiudicio) proposuissent: Verû sperasse sese hæctenus, prædictos D. Legatos ante omnia ad Cæsarea postulata responhonem accommodaturos potius fuisse, & milites sacramento soluturos, dimissurosque, quam hoc modo contra S. Cæsar. Maiest. resolutionem & declarationem, false in alienam ræsssem missa, Leges  
S. Cæs.

*Responso  
Legatorum  
Friedlan-  
dicorum ad  
præcedentes  
articulos.*

Anno  
1626.

S. Cæs. Maiest. præscribere conaturos. Et quidem hac de causa ex literis & mandatis suis penitus examinatis, subsequencia, tanquam media compositionis, saluo iure addendi, minuendi, &c. proponere voluisse. Ut nimirum Regia Daniæ Maiest. Principes & Ordines Prouinciæ Saxonæ inferioris, exercitum omnem à se conscriptum, tam pedestrem, quam copias equestres, sacramento soluant, & absque vlllo S. Cæsar. Maiest. eique fideliter adhærentium Statutum præiudicio, & damno dimittant: Minime vero Mansfeldio, Ducie Brunsvicensi Christiano, aliisve qui contra S. Cæs. Maiest. arma gestant, tradant. Præstita ab ipsis sufficienti cautione, nunquam sese, vel in præsens, vel subsequenti tempore contra S. Cæsar. Maiest. vel Principes ac Status, qui Imperialis Aquilæ patrocinium agnoscunt, quicquam, sub quouis prætextu attentaturos: Nullos etiam milites, absque expresso Cæsar. Maiest. iussu & consensu conscripturos, nulliue exercitui eum in finem cōtra Cæsar. mandatum cōgregato, transitum, annonam aliave necessaria præbituros. Quod si vero subsequenti tempore militem in S. Cæsar. Maiest. vel etiam Prouinciæ huius usum conscribere necessarium fuerit, copiar illæ Cæsareo exercitui coniungantur, & illius v-  
sibus

fibus necessariis inferuiant. Præter hæc da- Anno  
 mna S. Cæsar. Maieft. & Principibus ac Sta- 1626  
 tibus Aquilæ Imperialis imperium veneran-  
 tibus, illata, refundantur: In primis vero Il-  
 lustr. Principi, Christiano, Seniori, Duci  
 Brunsvicensi & Lunæburgensi, loca ab Rege  
 Daniæ & Statibus Inferioris Saxonix Pro-  
 uinciæ occupata, comitatus nimirum Ho-  
 iensis, Diepholtzanus, Bruckhusanus, aliæ-  
 que vrbes, arces, castra, & pagi, ea forma &  
 statu pristino restituant, quo tempore ante  
 occupationem illam proximo fuere, præsi-  
 dia quin etiam illis imposita dimittantur, &  
 damnum illatum refundatur. Hæcque o-  
 mnia sese integra fide effecturos Daniæ Rex,  
 & Ordines Prouinciales, cautionem idone-  
 am, in forma meliore præstent.

His igitur omnibus adimpletis, spondere  
 Legatos, sese omnem operam daturos quo  
 Cæsar. Maieft. exercitus dimittatur, nulla  
 violentia Prouinciæ huic vltius inferatur,  
 & Principes ac Status in libero exercitio  
 Religionis Augustanæ Confessionis, & pace  
 prophana conseruentur.

Eiusdem ferme tenoris fuere postulata  
 Legatorum Illustr. D. Comitum Tillij, nimi-  
 rum, vt Seren. Daniæ Rex, Principes & Or-  
 dines Inferioris Saxonix Prouinciæ, copias  
 omnes tam equestres, quam pedestres sa-  
 cramento

*Postulata  
 Com. Tillij  
 Legatorum*

Anno 1626. cramento soluant, & absque S. Cæsar. Maiest. S. Imperii, & Principum ac Statuum in obedientia Cæsarea persistentium, damno, impensis, ac præiudicio, quamprimum dimittant, & extra Prouinciam hanc, & S. Imperii limites abduci curent. Consilia vero & actiones suas in posterum cum S. Cæsar. Maiest. & Principibus ac Statibus, in Cæsare obedientia persistentibus coniungant, nullum eorum offendant, lædant, Copias vero illas dimissas nequaquam Mansfeldio, aliisve refractariis tradant, quin Mansfeldium ipsum è prouincia ablegent, absque expresso S. Cæsar. Maiest. consensu copias nullas futuris temporibus conscribant, aliis vero contra S. Cæsar. Maiest. tendentibus saluum conductum, vitæque necessaria non præstent. Quod si vero subsequenti tempore in vsum huius prouinciæ copiarum conscribendæ forent, commodo illæ ac dispositioni Cæsar. Maiest. cedant, illius copiis coniungantur, & aduersus hostes eius, non vero in perniciem vllius in Cæsarea obedientia persistentis Principis, ducantur. Refundantur quin etiam omnes sumptus bellici, & damna Illustriss. Principi D. Christiano Seniori, Duci Brunsvicensi, restituanturque ei omnes vrbes, arces, ditiones ereptæ, deq;  
his

his omnibus fideliter præstandis, cautio idonea præstetur: Anno 1626.

Quod si hæc omnia hoc modo fideliter transacta, & præstita fuerint, polliceri Illustr. D. Comitem Tillium, omnem sese exercitum, tam pedestrem, quam equestrem ex Prouincia hac inferioris Saxoniae abducturum, operamque daturum, quo Principes & Status possessione & exercitio S. Imperii de pace Religiosa & profana, illæsi gaudere, & frui possint. Brunsvici 31. Decemb. 1625. S. T.

Hinc paucis elapsis diebus Illustr. D. Comitis Tillii Legati, ad Legatorum Prouincialium resolutionem 28. Decemb. editam, responderunt, Intellexisse sese ex declaratione Legatorum Prouincialium 10. Dec. edita, Pacificationis negotium etiamnum in subsequenteribus hæere mediis, & terminis: Ut nimirum Seren. Daniæ Rex, & Ordines ac Principes Prouinciæ Inferioris Saxoniae, copias suas dimittant, easque nulli alii tradant, consilia sua & actiones cum Sacr. Cæsar. Maiest. & Imperiali maiestati detestatorum Principum, & Statuum consiliis coniungant, Mansfeldium, cum asseclis suis territorio exigant, sumptus bellicos refundant, damna omnia Christiano Seniori, Duci Brunsvicensi, refundant, cautionemque desuper

*Responsio  
Legatorum  
com. Tillii  
ad Resolu-  
tionem Le-  
gatorum  
Prouincia-  
lium.*

Anno desuper præstent: Ex aduerso vero S. Cæsar.  
 1626. Maiest. Principes & Status in ditionibus ac  
 principatibus suis tam hæreditariis, quam e-  
 lectione acquisitis contra S Imperii Consti-  
 tutiones de Pace Religiosa & præphana, ali-  
 asque eius ordinationes, in primis vero quo-  
 ad exercitium liberum Religionis Augusta-  
 næ confessionis, & ordinariæ ipsis compe-  
 tentem iurisdictionem non perturbet, vel  
 impediat, sed potius tueatur, ac protegat,  
 Dux etiam Friedlandiæ & Illu. Comes Til-  
 lius copias suas ex prouincia hac abducant,  
 nullamque prouinciæ vim, vel violentiam  
 inferant, damna illata refundant, cautione  
 desuper à S. Cæsar. Maiest. & præfatis exer-  
 citus vtriusque Cæsarei summis Ducibus, id-  
 onea præstita.

Quod igitur protectionem Principum &  
 Statuum huius Prouinciæ, eorumque con-  
 seruationem & defensionem iuxta Consti-  
 tutionum vtriusque Pacis formam, ordina-  
 riæque iurisdictionis & quæ hanc sequantur  
 exercitium spectet, Sac. Cæsar. Maiest. ne-  
 que præsentis hoc tempore, neque futuro,  
 Principes & Status huius Prouinciæ, nullo  
 modo perturbare, & impedire in prædictis  
 velle, reseruato saltem Cæsar. Iudicii ordine,  
 si illius imploratio ab aliis pro impetratione  
 administrationis eius legitime fiat, & reci-  
 proca



proca obseruatione Pacis religiosæ, ne & ad- Anno  
uersæ Romano Catholicæ religioni addicti 1626.  
contra eam à Prouincialibus perturbentur;  
Cautionem vero & assecurationem firmi-  
orem nullam præstare se posse, quam S. Ma-  
iest. Cæsareæ promissionem, 27. Jul. anni de-  
currentis vigore literarum caractere A. si-  
gnatarum, emanatam. Polliceri præter ea  
quam primum Daniæ Regis & Statuum ex-  
ercitus qui hoc tempore in prouincia mora-  
tur, dimissus & Mansfeldius extra ditionem  
ablegatus fuerit, abducturos etiam & dimis-  
suros sese exercitum Cæsareum, & nihil  
quicquam erga prouinciam hanc tentatu-  
ros, locoque cautionis literas Reuersales  
reddituros. Quod si Principes & ordines  
sumptuum, & damnorum refusionem re-  
miserint, ex sua etiam parte illa remitten-  
da: remota tamen & exclusa damnorum Il-  
lust. Principi, Duci Christiano seniori, Brun-  
suicensi illatorum, refusione, utpote quæ al-  
tiorum indaginem requirere, & ad præsen-  
tem Conuentum minime spectare, dicatur,  
sperareque Principes & ordines huius Pro-  
uinciæ necessarium hoc & desideratissimum  
bonum publicum Pacis hac præensione mi-  
nime impedituros, sed actiones & iura com-  
petentia suis locis remissuros. Interim vero  
de damnis subsequentibus, si transactionis

B

hoc

Anno hoc negotium optatum non consequatur  
1626. effectum, meliori forma protestantes, &c.  
Brunsvici  $\frac{7}{7}$ . Januar. 1626.

*Responsio  
Legatorum  
Prouincia  
lium ad le-  
gatorum  
Friedlan-  
dicorum  
memoriale.*

Relectis hisce responsionibus Legati etiam Prouinciales responsionem ad Memoriale, vt vocant, siue puncta & media à Cæsareanis proposita, ediderunt, quarum exordio conqueruntur, Illustr. Ducis Fridlandiæ, & Comitis Tillii Legatos extra oleas, vt aiunt, vagantes, immerito defensionem Prouinciæ institutam improbare, Cæsareani vero exercitus facta, tanquam iuri & Imperii constitutionibus conformia prædicare, quæ vt paucis refutent, reseruata tamen Cæsar. Maiest. summa authoritate, intermittere non posse, protestantes semel pro semper & omnia iura & actiones Prouinciæ Statibus competentia reseruantes. Et quidem quæ de medijs à se propositis, relata fuerint, suo se loco relinquere, cum ea bona fide & mente in medium allata, ex ipsarum S. Imperii Constitutionum energia & dispositione, ex ipsissimis Assurationis S. Cæsar. Maiest. desumpta, ad hoc Pacificationis negotium summe necessaria, iisque quæ iam pridem ad S. Cæsar. Maiestatem, & Sereniss. Saxonix Electorem sint perscripta, conformia sint. Quo vero ad eminentiam, & authoritatem summam Sacr. Cæsar. Maiest. eo sese  
animo

animo nunquam fuisse, vt Maieſtati Cæſareæ Anno  
leges quaſi præſcribere & dare voluerint, nec 1626.  
villo modo ex cortice propoſitorum articu-  
lorum hoc elici poſſe, cauſas quin etiam, ob  
quas militem conſcripſerint, prægnantes fu-  
iſſe, eum ſupremi Ducis prouincialis offici-  
um idoneo adminiſtratore multo iam tem-  
pore caruerit, motibus hiſce ingraueſcenti-  
bus etiam ipſius Cæſar. Maieſt. iuſſu, 10. Ian.  
præſentis anni 1626. emanato, cura huius  
Prouinciæ maxime habenda fuerit, & Illuſt.  
etiam D. Tillius literis 19. Mart. proxime e-  
lapſi de inſidiis quæ in hanc prouinciam pa-  
rabantur præcauendis monuerit, præter hæc  
etiam Imperii Conſtitutiones, & Executio-  
nis ordinationes certum modum præſcri-  
pſerint, quid quauiſ oblata occasione faci-  
endum. Quod ſi igitur Illuſtr. Cæſarei ex-  
ercitus Ducibus alia procedendi via arriſi-  
ſet, nullatenus deſenſio hæc inſtituta fuiſſet  
à Prouinciæ Statibus, qui obedientiam ſuam  
erga S. Cæſar. Maieſt. durantibus præſentis  
belli Bohemici motibus multoties repetitis  
proteſtationibus, mandatis, & poſtulationi-  
bus, teſtatam fecerint, bona ſpe nixi, Cæſar.  
Maieſt. ex innata animi clementia, & iuſtitia  
amore, Statibus deſenſiones & iura compe-  
tentia non denegaturam.

Intellexiſſe ſecundo loco, alia eſſe propo-

B 2 ſita

Anno sita compositionis media, addita promissio  
 1626, ne protectionis Cæsareæ, si modo in obedi-  
 entia debita erga illam persistant, reseruata  
 tamen S. Cæsar. Maiest. iustitiæ administra-  
 tione debita, implorata. Hæc igitur omnia,  
 & quæcunq; ad salutem Prouinciæ ex hisce  
 prouenire vltterius possint, grato animo ac-  
 ceptare, & suppliciter orare S. Cæsar. Maiest.  
 quo illa Prouinciam hanc ab onere grauissi-  
 mo & Bellico tumultu liberare, & in prote-  
 ctionem suam Cæsar. iuxta vtriusque pacis  
 constitutionem suscipere, itaque administra-  
 tionem iustitiæ moderari, dignetur, ne exer-  
 citium Augustanæ Confessionis Religionis  
 in hac Prouincia impediatur.

Quoad articulos & media proposita, de-  
 clarare sese, (reseruato tamen tenore medio-  
 rum & articulorū à Prouincia propositorū,)   
 quam primum de prophana & religiosa pace  
 vt & de abducendis ex Prouincia copiis mi-  
 litaribus, occupatis locis restituendis, & Pro-  
 uincia illæsa seruanda, aliisque præstandis,  
 quæ 16. decurrentis mensis die proposita  
 fuere, idonee caueatur, velle etiam Princi-  
 pes & Status copias suas omnes sacramento  
 soluere, & dimittere, nullique alii tradere.  
 Cum vero nihil ipsis cum Mansfeldio sit ne-  
 gotii, inhærere sese declarationi 15. mensis  
 huius editæ. Neque etiam quicquam sese

contra

contra S. Cæsar. Maieſt. & Principes ac Sta- Anno  
 tus Imperij Aquilam Imperial. debita obe- 1626.  
 dientia venerantes, hoſtiliter attentaturos,  
 ſed potius in ſubiectiſſima deuotione & ſub-  
 iectione erga eandem Cæſ. Maieſt. fideliter  
 permanſuros, magniq; beneficii loco habi-  
 turos ſi iuxta vtriuſque Pacis conſtitutiones  
 inuariatæ Confeſſionis Auguſtanæ Religio-  
 nis & ordinariæ iuriſdictionis, ab eaque de-  
 pendentium exercitium in ditionibus ſuis  
 tam hæreditario iure, quam electione acqui-  
 ſitis, ipsis ſaluum & illæſum conſeruetur.  
 Quamuis vero quinto loco copias militares  
 iuxta normam conſtitutionum imperialium  
 ipsis conſcribere licitum fuerit, proindeque  
 iure illas cœgiſſent, nihilominus S. Imperij  
 Conſtitutiones, & Prouinciæ huius Defen-  
 ſionis modum ſibi reſeruare voluiſſe, pro-  
 mittereq; contra earum diſpoſitionem nec  
 ſeipſos, quicquam attentaturos, nec talia ali-  
 is permiſſuros: ſed ſi quæ talia ingruente ne-  
 ceſſitate ſuſcipi Prouinciæ incolumitas po-  
 ſceret, omnia iuxta prædictarum Conſtitu-  
 tionum Imperialium, & Prouincialium De-  
 cretorum normam adminiſtratos, in obe-  
 dientia vero erga Cæſar. Maieſt. ac beneuo-  
 lentia & officiis erga reliquos Imperii Status  
 permanſuros. Spe interim firmâ ſeſe niti,  
 cum apparatus hi bellici non niſi defenſio-

Anno nem iustam spectent, sumptuum refusio:  
 1626. nem ab ipsis peti non posse: cum in primis  
 damna, ab Illustr. Principe D. Christiano se-  
 niore prætenfa, huius nec loci, nec conside-  
 rationis sint, & ad illorum prætenfam peti-  
 tionem 19. Nouemb. ann. 1625. abunde fu-  
 erit responsum. Nec de futuram ipsis idone-  
 am cautionem prouincia hac restituta. Ne-  
 quaquam vero D. Legatorum promissio-  
 nem acceptare posse, verum cum in puncto  
 affecurationis iam dudum satis mentem su-  
 am declarauerint, in illis sese acquiescere.  
 Summis vero precibus contendere à D. De-  
 legatis Interponentibus, vt vel illi Pacifica-  
 tionis hoc negotium pro singulari sua pru-  
 dentia gnauiter promouere studeant, certo  
 enim & indubitato sese constituisse, copias  
 conscriptas dimittere, modo ex parte aduer-  
 sa de exercitio Religionis Augustanæ & pace  
 publica, copiisque dimittendis, & reliquis  
 quæ petita fuere, præstandis, idonee ipsis fu-  
 erit prospectum, &c. Sign. Brunsvici 28 De-  
 cemb. 1625.

*Responsum  
 Legatorum  
 Ducis Frid-  
 landia.*

Hanc ad Resolutionem Prouincialium  
 Legatorum, D. Legati Cæsareani exercitus  
 Ducum sic responderunt: Quamuis nemini  
 dubium sit, nulla alia via desideratæ Pacifi-  
 cationis exitum obtineri posse, nisi per ex-  
 pressam declarationem & resolutionem,  
 qua

quã omnia parerga & infructuosæ disputa-  
 tiones rescindantur & tollantur, contrarium  
 tamen ex D. Legatorum Prouincialium re-  
 solutionibus omnino apparere, quibus ido-  
 nea præstita cautione de Cæsar, exercitu ab-  
 ducendo, & cõseruatione exercitij Religio-  
 nis Augustanæ Confessionis, etiam suas sese  
 copias dimissuros polliceantur, nullam ta-  
 men esse causam cautionis illius rigide adeo  
 exigendæ, cum Cæs. Maiest. Principes & Sta-  
 tus Cælareæ asseueratione, literis caractere  
 A. signatis, & 27. Iul. perscriptis, securos red-  
 diderit, & feliciter pertractato huic negotio  
 Cæsareæ ratihabitione eam confirmandam,  
 iam dudum D. Generales in se receperint.  
 Nec etiam aliam præter hanc assecuratio-  
 nem & declarationem edere se posse, cui et-  
 iamnum inhæreant, protestantes, se ab o-  
 mnibus damnis, & incommodis, quæ ex hac  
 tergiversatione, & abrupta tractatione con-  
 cordiæ, exorituræ forent, fore excusandos.  
 Brunsvici 17. Ian. 1626.

Ad hanc resolutionem Legatorum Fried-  
 landicorum Legati Prouinciales subsequen-  
 tem responsionem ediderunt. Necessarium  
 minime esse, longiori orationis filo causas  
 pertexere, quibus permoti (licet non vltro,  
 & spontaneo animi motu, sed ad petitionem  
 DD. Interponentium delegatorum,) media

*Vltima r-  
 solutio Le-  
 gatorum  
 prouincia-  
 lium.*

B 4 quædam

Anno quædam ineundæ concordia & pacis pro-  
 1626. posuerint, ad quæ D. Legatos singulariter sin-  
 gulis respondere quidem debuisse, sed so-  
 lum articulos alios exhibuisse, pateat, ex-  
 hibita etiam à Legatis Prouincialibus cla-  
 ra & aperta responsione ad illa, qualis ad-  
 huc ex aduersa parte desideretur. Omnibus  
 ergo talibus repetitionibus, acceptationi-  
 bus, & resolutionibus, aliisque similibus decla-  
 rationibus in damnum prouinciæ vergenti-  
 bus, aperte Legatos contradicere, & in pun-  
 cto principali resolutionem hanc categori-  
 cam & Articulos Pacis ineundæ proponere  
 voluisse. I. Vt nimirum Illustr. Summi  
 Duces Cæsarei exercitus, copias suas omnes,  
 tam pedestres, quam equestres, extra Pro-  
 uinciam eiusque confinia, & eo pertinentia,  
 omni mora reiecta, & vltiori violenta in-  
 uasione cessante, abducant, loca occupata,  
 ad Albis & Visurgis fluuenta omnia, in primis  
 vero Höxteram, & Mindam, ob singulare  
 quoddam interesse, & prætensionem Ducis  
 Brunsvicensis, licet extra prouinciæ limites  
 sitas, vt & reliqua castra, arces & pagos resti-  
 tuant.

II. Omnia loca occupata, absque refu-  
 sione, in pristinum statum reponant, vt &  
 tormenta, annonam, libros & alia suis relin-  
 quant locis, damna vero & sumptus bellicos  
 refundant.

III.



III. Prouinciam hanc, & huic spectantes Anno  
ditiones ac loca, nullis in posterum præfidiis, 1625.  
transitu, exactionibus, aliisve hostilibus im-  
pressionibus grauent, affligant, aliisve talia  
tentantibus permittant, nullas etiam milita-  
res copias, sub quouis prætextu in prouinci-  
am introducant, sed incolas omnes, tam Ec-  
clesiastici, quam sæcularis ordinis in posses-  
sione & exercitio prophanæ Pacis, & iuris or-  
dinarii tueantur, & defendant.

IV. Principes & Status vtriusque ordi-  
nis, in prouinciis & ditionibus suis heredita-  
riis & electione acquisitis, contra constitu-  
tionem vtriusq; Pacis, nullis mandatis, com-  
missionibus, vel visitationibus prægrauent,  
neue in possessione & exercitio Religionis  
Augustanæ Confessionis, vlllo modo, vel  
prætextu turbent, impediant, quo præfati  
Principes & Status, in primis vero Capitula  
& Collegia in liberis & indubitatis suis ele-  
ctionibus & postulationibus, nõ impedian-  
tur, sed potius in protectionem Cæs. Maiest.  
recipiantur, nullo ve modo ab ea excludan-  
tur.

V. Idem ius & gratiam obtineant in ex-  
ercenda ordinaria sua iurisdictione, seculari,  
& ecclesiastica, tam in Augustanæ Confessio-  
ni addictis Archiepiscopatibus, episcopati-  
bus, & bonis ecclesiasticis, quam in hæredi-

B s tariis

Anno tariis ditionibus, & defendantur in tuenda  
1626. Germanicæ Nationis indubitata libertate,  
iuxta S. Imperii constitutiones, & iura.

VI. De hisce vero omnibus & singulis idonea illis præstetur cautio.

Hisce igitur omnibus prædicto modo, effectui traditis, Principes etiam & Ordines huius Prouinciæ copias suas, absque vlla conditione dimissuros sese, nulli vero alii tradere velle promittunt. 2. Mansfeldium etiam extra prouinciam suam abigere. 3. Contra Cæs. Maiest. nihil hostile tentare, sed in obedientia debita erga illam perseuerare velle. 4. reliquis etiam Principibus, & Statibus, Aquilæ Romanæ imperium agnoscentibus, omnia benevolentia & amoris signa exhibere. 5. In copiis militaribus conscribendis in posterum nõ nisi iuxta determinationem constitutionum Imperialium, & Prouinciæ Decretorum & obedientia erga Imper. Maiest. limites, quicquam attentare. 6. de que his omnibus idoneam cautionem præstare velle spondent.

Quæ igitur in hisce articulis ab aduersa parte acceptata & recepta fuerint, & prouinciæ huius commodo cedere possint, pariter etiam Legatos, nomine Illustr. & Illustr. suorum Dominorum acceptare, reliquis vero in præiudicium & damnũ Prouinciæ & Compositionis

positionis huius pacificæ tendentibus, per Anno generalia contradicere: annexa petitione, 1626. quo interuentu D. Delegatorum interponentium resolutio hæc ab aduersa parte, vt æqua & iusta recipiatur: reliquis per expressum contradicendo: &c. Brunsvici 14. Ianuarij 1626.

Posthæc Legati Illustris D. Comitis Tillij, ad supra positam Legatorum Prouincialium resolutionem, vt & aliam 14. Ian. propositam, responderunt.

*Legatorum  
D. Comitis  
Tillij Con-  
clusio.*

Transmisisse sese resolutionem D. Legatorum Prouincialium, aliaque acta & actitata Dominis suis summis exercitus Cæsarei Ducibus, & ob grauitatem causæ eorundem responsionem hucusque expectasse: nullo vero modo de propositionibus, & declarationibus, in primis de resolutione 17. Ianuar. proxime elapsi tradita, discedere posse: reliqua quæ à D. Legatis in commodum S. Cæs. Maiest. & DD. suorum principalium acceptata fuere, approbantes, cæteris in detrimentum tendentibus contradicentes. Nequaquam vero in primo puncto consentire sese posse, vt Cæsarei exercitus Duces copias suas primum è prouincia abducant, cum illud Prouinciæ potissimum competat. Quæ vero vrbes Mindam, & Höxtetam prætentiones spectant, Illustr. D. Comitem Tillium euentum

Anno euentum & ipsam dimissionem exercitus  
 1626. Prouincialis præstolaturum, magna spe ductum, Sereniss. Daniæ Regem, & Principes ac Status huius Prouinciæ, tantam diffidentia notam Cæs. Maiest. Principibus S. Imperij, & exercitus Cæsarei Ducibus, minime inuicturos, quo minus cõfidant, quamprimum copias suas dimiserint, Cæsaream Maiest. promissis etiam suis esse satisfacturam, nec prouinciam absque vlla nouiter emergente causa nouis copiis oneraturam. Nec etiã damnorum & sumptuum bellicorum refusionem iuste à Cæs. Maiest. peti posse, cum illa in præiudicium & diminutionem maiestatis Imperialis cedat, & posito sed non concesso, expensæ siue sumptus illi à Prouincia peti commode non possint, & ad hũc tractatum, quo de exoneranda prouincia agitur, non spectent, prout ex Aurea Imperij Bulla manifestum fiet.

Facile igitur D. Legatos ex hisce perspicere posse, terminis Imperialium Constitutionum inhærendum, & D. Delegatos Interponentes neque in hoc, neq; in 4. postulato in prætensis Imperialibus Mandatis, commissionibus, & visitationibus, molestandos, vel prægrauandos fuisse, cum Legati Prouinciales ad aliquot ex articulis propositis respondere noluerint. Inter eos articulos etiam illum

lum

lum numerari, Principes & Status huius Pro- Anno  
uinciæ Romano Catholicos iuramentis & 1626.  
attentatis contra ius, & statuta prægrauare  
nolle, hacque ratione mandatis Cæsareis al-  
legatis occasionem præbere: cum cuius pa-  
teat, onera illa, mandata & commissiones ex  
vtraque parte reciproce, & pari passu ambu-  
lare. Extensiones vero eiusmodi non ad  
conuentus Prouinciales, sed ad vniuersalem  
Imperij conuentum spectare. Hisce igitur &  
reliquis D. Legatorum Prouincialium obla-  
tis & postulatis, sua etiam oblata & postulata  
directo opponere, addita declaratione, D.  
legatorum Interponentium arbitrium, non-  
nullis paucis reseruatis, acceptare sese, velle.  
Ex aduerso vero non videre se, quo pacto D.  
Legati declarationi suæ, 14. Ian. & protesta-  
tioni annexæ inherere possint, cui protesta-  
tioni his per expressum contradicant, & ad  
acta sese referant: protestando coram Deo  
& vniuerso terrarum orbe, magno conatu,  
diligentia & fidelitate pacis reducendæ hoc  
negotium sese gessisse, cum tamen ex aduer-  
sa parte tractationi huic remora sit iniecta.  
Cæsar. etiam Maiest. Christiano Seniori Du-  
ci Brunsvicensi, reliquisque in Cæs. Maiest.  
obedientia perseuerantibus principibus &  
Statibus, vt & summis exercitus Cæsarei  
Ducibus, iura sua & prætensiones saluas re-  
seruantes. Brun. 14. Febr. 1626. Hac

Anno 1626. Hac perlecta resolutione D. Legati Pro-  
uinciales, vltimam suam declarationem &  
responsionem D. Delegatis, sequenti sub  
tenore proposuere.

*Ultima re-  
lucio D.  
egatorum  
ouincia  
iam.*

Magna animi ægritudine sese percepisse,  
quo pacto ab aduersa parte, ipsis tam in for-  
malibus, quam materialibus caulæ retardatæ  
hactenus, & rescissæ Pacificationis culpa tri-  
buatur: cum tamen (vt ex actis manifestum,)  
non motu proprio, sed ex voluntate, & arbi-  
trio D. Delegatorum Interponentium me-  
dia illa & Articulos pacificatorios proposu-  
erint. Quamuis vero ab parte aduersa  $\frac{27}{31}$ .  
Dec. 1625. loco resolutionis categoricæ alij  
articuli contrarij traditi fuerint, respondisse  
Legatos Prouinciales ad eos apertius, exspe-  
ctasseque talem etiam ex parte aduersa re-  
spõtionem apertam, & manifestam, interim  
ea, quæ  $\frac{7}{17}$ . Ian. oblata fuere, omnium bo-  
norum iudicio relinquentes. Præter hæc, po-  
stulata Prouincialium ex suis instructioni-  
bus extracta, certis articulis comprehensa  
proposuisse sese, sperantes, quod si talia et-  
iam ab aduersa præstita fuissent parte, Pa-  
cificationis tractationem finem suum exo-  
ptatum facilius consequi posse. Verum præ-  
ter spem animaduertere, D. Legatos Fried-  
landicos, licet  $\frac{17}{17}$ . Ian. cum declaratione D.  
Legatorum D. Comitum Tillij in puncto Pa-  
cificatorio

cificatorio explicite sese conformassent, iam Annò  
demum tamē ab illa resolutione abscedere, 1626.  
existimantes pacificationis illud negotium  
illis in terminis relinquendum esse. Nullo  
vero modo sese quicquam in præiudicium &  
diminutionem S. Cæs. Maieft. vel principum  
& Statuum in obedientia Cæsarea persisten-  
tium detrimentum, postulasse, & si tale quid  
factum, illi hisce semel pro semper contradi-  
cere, & reuocare, obedientiam vero suam,  
& benevolentiam erga S. Cæs. Maieft. &  
Principes Statusque Imperij contestari, re-  
seruata autem & acceptationes 14. Jan. fa-  
ctas hoc loco repetere.

Quod si vero in puncto principali con-  
trouertatur num absque præiudicio respe-  
ctus & præeminentia summæ S. Cæs. Maieft.  
tanquam supremi Christianæ Reipub. Mo-  
narchæ, postulatis huius Prouinciæ, in pun-  
cto dimissionis militarium copiarum, fatil-  
feri possit, protestari Principes & Status sese  
Maiestatem Cæsaream semper, & etiam-  
num summa reuerentia prosecutos, profe-  
cuturosque, & præstitis ex ab altera parte iis,  
quorum mentio & petitio in resolutionibus  
suis facta fuisset, copias suas absq; omni mo-  
ra, & conditione dimittere, nullique alij tra-  
dere velle: Et quamuis Illustr. & Ill. D. Du-  
ces Cæsarei exercitus Generales, qui hisce  
motibus

Anno motibus causam dedissent, ordine naturæ  
 1626. primos copias suas deducere æquum foret,  
 Regiam tamen Daniæ Maiest. & Principes,  
 absolutis reuersalibus, & factis faciendis  
 ex regia beneuolentia, & respectiue sub-  
 iectissima deuotione erga Cæs. Maiest. prio-  
 res turmam vnã dimissuros, ad quorum  
 exemplum D. Generales ex parte aduersa,  
 similiter turmam abducere teneantur, ea ra-  
 tione alternatim procedendo vsque ad di-  
 missionem duarum postremarum turma-  
 rum, quæ pari passu vtrinque forent dimit-  
 tendæ. II. Exacturos etiam ex sua ditione  
 Mansfeldium cum suis copiis. III. contra S.  
 Cæs. Majest. nihil attentaturos, sed in obedi-  
 entia fideli erga illam perseueraturos. IV. re-  
 liquis etiam Imperij Statibus & membris de-  
 bitam reuerentiam, & officia præstituros. V.  
 Eueniente vero casu necessario defensionis  
 in commodum Prouinciæ suscipiendæ, o-  
 mnia iuxta tenorem S. Imperij Constitutio-  
 num, & Prouinciæ huius decretorum admi-  
 nistraturos, & S. Cæs. Majest. debita reueren-  
 tia & obedientia veneraturos. VI. De que  
 his omnibus sufficientem præstituros cau-  
 tionem, literas reuersales propriis manibus  
 subscripturos, insigniis corroboraturos, &  
 principali suo verbo ac fide, qua S. Cæs. Ma-  
 jest. & Rom. Imperio sint deuincti, dimissio-  
 ne de-



ne denique exercitus sui re ipsa confirmatu- Anno  
ros, minime vero vel per se ipsos, vel alios, di- 1626  
recto vel indirecto quicquam attentaturos.  
Hac tamen adiecta conditione, si ex aduersa  
etiam parte petitis Prouinciæ huius fuerit  
satisfactum: Si nimirum Illustr. & Illustr. D.  
Generales copias suas omnes militares ex to-  
ta prouincia, eiusq; territoriis, etiam iis, quæ  
extra eius limites sunt, principatibus, & di-  
tionibus tam hereditarijs; quam electione  
acquisitis, absque vlla læsione, & mora ab-  
ducant, præsidia imposita dimittant, loca o-  
mnia occupata iuxta Albis & Visurgis fluen-  
ta, vrbes, arces, castra & pagos, etiam ea quo-  
rum nomina in actis non sint expressa, libera  
restituant, omnia etiam occupata, sed adhuc  
extantia, vt sunt frumentum, tormenta bel-  
lica, libri, monumenta, literæ reuersales, con-  
tractuum, obligationum, & similia, in ijs lo-  
cis, vbi hoc sunt tempore, integra & inuiola-  
ta relinquunt, nihil ex iis auferant, vel alio  
transvehant.

Ablatorum vero damnorum & sumptuum  
refusionem quod spectet, si quidem S. Cæs.  
Majest. amboq; DD. Duces Generales, refu-  
sionem sumptuum & damnorum, quæ qui-  
dem culpa huius Prouinciæ minime conti-  
gerunt, absque distinctione, quo tempore,  
quomodo, & qua de causa illa facta sint, di-

C

mittere

Anno mittere dignentur, Illustr. etiam Dux Christianus Senior Brunswicensis Episcopatum Hildesheimensem dimittat, & omnes alias, prætenfas actiones generali amnistia deleat, iuribus omnibus, actionibus, implorationi officij Iudicis aliis omnibus prætensionibus, quæcunque illæ sint, re ipsa & ita remissis, ut nec alia, nec iuris via contra Principes & Status huius prouinciæ aliquid coniunctim nec diuisim tentari possit, ambo etiam Domini Generales hosce articulos pure absq; aliqua conditione ratificent, omnia vero copulatiue, & coniunctim adimpleta fuerint, hoc enim modo, & non aliter sperare Legatos Dominos suos Principales, petitam restitutionem & refusionem damnorum Regiæ Maiest. persuasuros.

Nec etiam tertio Prouincia & incorporatæ ditiones vltiori hospitatione, transitu, exactiõibus, aliisve consimilib. contributionib. prægrauentur, aliisve id permittatur, sub quouis prætextu, sed Principes & Status huius prouinciæ, seculares & ecclesiastici, coniunctim, & diuisim, in possessione & exercitio Pacis publicæ, & iuris communis conferuentur.

V. Ut etiam Principibus & Statibus huius Prouinciæ, secularibus & ecclesiasticis, in ditionibus suis tam hæreditariis, quam electione

Etione acquisitis, ea, quæ articulo quarto, re- Anno  
solutione 14. Jan. edita, vigore Constitutio- 1626.  
nis de Pace religiosa proposuere, ex Cæs. cle-  
mentia concedantur. Hoc tamen ad iniu-  
stam extensionem Pacis Religiosæ extende-  
re Principes & Status, minime velle, sed præ-  
senti declaratione semel pro semper facta, i-  
ta intelligere, vt, bonorum ecclesiasticorum  
ratione, & Archiepiscopatus, ac Episcopatu-  
um in illis terminis cuncta conseruentur, &  
illæsa permaneant, in quibus ante exordium  
præsentium motuum fuere, Capitula etiam,  
& Collegia in indubitatis suis electionibus,  
& postulationibus conseruentur, Electi et-  
iam taliter, postulati, & possidentes, pari iure  
cum illis, in possessione prædictæ Pacis reli-  
giosæ, & exercitio Augustanæ Confessionis  
Religionis, prout ultra 50. annos in ditioni-  
bus electione acquisitis quiete possederunt,  
defendantur, & nullis mandatis, commissio-  
nibus, vel visitationibus grauentur, quin po-  
tius Archiepiscopatus, Episcopatum, & a-  
liorum bonorum ecclesiasticorum ratione  
in protectionem Imperialem recipiantur,  
minime vero iis priuentur. Quod si vero ex  
hisce aliquid in controuersiam vocetur, su-  
per cuius decisione Electores, Principes &  
Status S. Imperij, forsân nondum conuene-  
re, ad communem, & pacificam transactio-  
nem remittatur.

C

2

V.

Anno V. Principes etiam & Status in exercitio  
1626. & possessione ordinariæ suæ iurisdictionis in  
rebus ecclesiasticis, & secularibus, & in di-  
tationibus Euangelicis Archiepiscopatu, Epi-  
scopatibus & aliis ecclesiasticis bonis, & re-  
gionibus hereditariis, vt & libertatis Germa-  
nicæ, & iuris communis, vigore Capitulationis  
Cæsareæ, & S. Imperij Constitutionum,  
conseruentur, & defendantur.

VI. Vtque hæc omnia illibate seruentur,  
S. Cæs. Maiest. Imperiali sua autoritate, &  
verbo, omnes & singulos hos articulos Im-  
periali obligationi verborenis inserendos,  
seruare, nec per se, nec per alios infringen-  
dos, & Prouinciam circa eos defendere  
promittat. 2. Obligationis etiam huius ra-  
tificationem Cæs. Maiest. Principibus &  
Statibus tradidit. 3. Seren. Electores Sa-  
xo & Brandenburgicus, vna cum tota Pro-  
uincia Saxonica superiore, obligationem, &  
contractum hunc confirmant, & si qua Pro-  
uinciae contra eam molestia inferatur, eam  
defendant, pari ratione si ex parte Prouinciae  
hic contractus lædatur, Prouincia Saxonica  
superior alteri parti sese adiungat. 4. Con-  
tractum etiam hunc Romano Catholici  
Principes ratificent, & 5. ambo D. Genera-  
les fidem interponant, sese copias omnes,  
absq; damno vlllo iuxta Prouinciae postulata,  
ex fi-

Anno  
1626.

ex finibus eius, in loca remotiora, aliena ab-  
ducturos, 6. Unio etiam Catholica copias  
suas militares, sub Illustr. D. Comite Tullio  
militantes, & si præter has alias etiam habe-  
at, non solum dimittat, sed etiam ipsa unio,  
tanquam fomentum & fons omnis discor-  
diæ in S. Imperio Romano, funditus tolla-  
tur, & dissoluatur, qua soluta Rex etiam Da-  
niæ unioni cum aliis in itæ renuntiare, & de-  
sistere ab ea debeat.

Ex hisce igitur omnibus patere indefes-  
sum, in hoc pacificationis negotio procuran-  
do & promouendo studium, & iniquiore  
etiam se tulisse animo, culpæ sibi tribui, quasi  
segniter in pertractanda hac pacificatione  
se se gessissent, omnia acta & actitata huc re-  
petentes, & protestantes corâ Deo, & uniuers-  
o terrarum orbe ex se minime stetisse, quo  
minus pacis hæc tractatio felicem sortiretur  
effectum. Declarare insuper hisce Principes  
& Status huius Prouinciæ, S. Cæs. Maiest.  
summa se se veneratione semper profecutos  
fuisse, omniaque quæ in huius negotij per-  
tractatione gesta fuere, minime in præiudi-  
cium & diminutionem authoritatis Cæsar.  
Maiest. proponere se se voluisse; iura vero &  
actiones sibi competentia, & competituras  
quascunque, hisce sibi reseruant, Brunf. 15.  
Febr. 1626.

C 3

Resol.

Anno 1626. Resolutionem vero hanc D. Legatorum Prouincialium Illustr. Dom. Comiti Tillio Legati transmilere, eiusque iussu ad eam responderunt, Transmisisse sese D. Legatorum Prouincialium declarationem, <sup>17</sup>/<sub>15</sub> Febr. editam, Illustr. D. Comiti Tillio: Et quidem principalem huius pacificatorij negotij scopum quod spectat, præter editas reseruaciones & protestationes, mandatum sibi, D. Interponentes Delegatos, vt veri scopi & finis, ad quem hic conuentus institutus, admone- rent, & in eum omnia sua consilia & actiones dirigerent: Illustrem nempe hunc conuentum, & pacificationis negotium eam solum ob causam, esse institutum, quod eius interuentu Prouincia molestia hac & copiis militari- bus liberari, inque pristinum statum & tran- quillitatem restitui posset. Hocce igitur po- sito loco Illustriss. & Illustr. suorum D. Prin- cipalium, declarare sese categorice, & semel pro semper, Illustriss. & Ill. Dominos suos principales, non attentis opportunitatibus, & aliis sibi acquisitis commoditatibus, di- uersum suadentibus, omnia, quæ ad paulo ante dictum scopum, liberandi nempe & exonerandi Circuli huius, & restituendæ in tranquillum pristinum statum Prouinciæ af- sequendum spectant, vere, & realiter præsti- turos, in tantum, vt omnibus pateat, omnia

ipso

ipso opere adimpleta, & Prouinciam belli Anno  
mole exoneratam, modo etiam aduersa pars 1626.  
promissis stare velit. Quin imo ad maiorem  
pacis promouendæ curam, modum illum, à  
D. Legatis Prouincialibus dimittendarum  
vtrinque copiarum demonstratum, exercitu  
etiam Christiani Ducis Brunsvicensis, &  
Mansfeldij copiis, absque omni conditione  
dimittendis, & abducendis, nullique alij tra-  
dendis, acceptare sese, si modo Domini De-  
legati Interponentes hoc absq; diminutione  
autoritatis Cæsareæ fieri posse, putarint. Pa-  
rietiam modo ea, quæ de restituendis D.  
Christiano Seniori Duci Brunsvicensi, iis,  
quæ Cels. eius in Ducatu Brunsvicensi Lu-  
næburgensi, ex parte lineæ Zellensis Gru-  
benhagiensis, in Comitatu Hojensi Dieff-  
holtzano, Bruchusano, & Episcopatu Min-  
densi, competunt, à Seren. Daniæ Rege, ac  
Prouinciæ aliorumve exercitu occupatis lo-  
cis, urbibus, arcibus, castris & pagis, in specie  
vero Nienburgo, & Hoja, pristino nitore,  
quo tempore occupationis fulgebant, repo-  
nendis, & omni præsidio liberandis, propo-  
sita fuere, Reuersalibus etiam inferi posse.  
Cum vero hoc casu Mansfeldij dimissio non  
in tempus consummatæ pacificationis sit  
differenda, sed S. Imperij Constitutiones &  
Executiones erga proscriptos ob oculos po-  
nendæ,

Anno nendē, & Mansfeld, cum copiis suis à Prouincia  
 1626, cix Ordinibus quamprimum dimittendum  
 fore. Præter hæc etiam D. Generalem Tilli-  
 um, tertium, quartum, quintum, & sextum  
 oblatum, iuri & æquitati, vt & Prouincia de-  
 clarationi consentaneum putare: & admo-  
 nere, in deuotione & obedientia erga S. Cæ-  
 sar. Maieft. vt permanere velint. Pariter et-  
 iam primum, secundum & tertium contra  
 postulatum vltimo traditis declarationibus,  
 comprehensum, de totali dimissione Cæs.  
 exercitus, restitutione occupatorum, & exi-  
 stentium adhuc mobilium, & mouentium,  
 renuntiatione refusionis damnorum à Pro-  
 uincia datorum, & cessatione hostilium ma-  
 chinationum, vt & quinto loco cautionem,  
 de Prouincia exoneratione absq; maleficio  
 & damno, excepta dimissione vi plenipo-  
 tentia sibi concessa, acceptare, si modo ad-  
 uersa pars damna, vtpote, proprio motu  
 causata & sumptus valide remittantur, nec  
 in posterum contra S. Imperij constitutio-  
 nes moribus & bellis occasio detur. Quæ ve-  
 ro de vrbibus Höxtera & Minda dicta sint,  
 cum extra ditionem prouincia eæ sitæ, ad  
 eas Prouincia postulata non esse extenden-  
 da: nec dubium Cels. Principem Fridericum  
 Vlricum, Brunsvicensium Ducem à S. Cæs.  
 Majest. commodum responsum super illa-  
 rum



rum restitutione laturum; præter hæc mani- Anno  
festum cunctis esse, Illustr. D. Comitem Til- 1626.  
lium in præiudicium Cæs. Principis Chri-  
stiani Senioris Brunsvicensis Ducis, Episco-  
patus Hildelsheimensis, vel aliorum interel-  
se prætendentium, de hisce nihil quicquam  
statuere posse, sed ab ipsis interesse habenti-  
bus peti hæc debere. Pariter etiam illa, quæ  
de Pace Religionis, eiusque interpretatione  
& extensione sint allata, quasi S. Cæs. Maie.  
in causis Episcopatum, Collegiorum &  
Capitulorum, cognitio non competat, sed  
illa controuersia amicabili compositione  
transigenda, prout 4. 5. & 6. Contra postu-  
lato continetur, Legatos intacta relinquere,  
quippe cum magni hæc momenti capita ex-  
tra pacificatorij negotij aleam longe sint re-  
mota, & iuxta normam Constitutionum  
Imperialium, & notoriæ consuetudinis de-  
cidenda. Et quidem Illustr. D. Comit. Til-  
lium, licet omnia quæ ad liberandam Pro-  
uinciam hanc armorum metu, faciant, liben-  
tissime (salua tamen & facta tecta Imperiali  
Majest.) præstiturus sit, nolle tamen quic-  
quam erga S. Cæs. Maie. sceptrum, coro-  
nam, & gladium, hoc est, supremam eius ma-  
iestatem, iurisdictionem, regalia, & iura alia  
villo modo attentare, cum sibi, omnibusque  
aliis hoc loco maxime dictum putet, veri  
verbiū illud, Noli me tangere, Quin

Anno 1626. Quin imo cum exercitum, cui præsit, potissimum ad S. Cæs. Maieft. tanquam dominum & Monarcham S. Imperij supremum spectare eiusque vsibus & necessitatibus inservire, minime dubium sit, eo magis modum dimissionis illius in 6. clausula cautionis appositum, impertinentem, & præsentis non esse consultationis, sed potius attentis nouis subinde exortis cõfœderationibus, & periculosis consiliis, pleniori cuncta cõsiderationi submittenda. Postremo, in ea se perseverare sententia, superiora recapitulando, Dominos suos principales ad abducendũ copias suas è prouincia paratissimos, & vigore commissionis Cæsareæ cautionem idoneam oblaturos, si modo Principes & Status præfata impertinẽtia dimittant, & suis relinquere locis dignentur, quo facto, 1. 2. 3. & quartum medium assecurationis à Prouincia petitæ minime esse necessarium, & potius ad confirmationem Cæs. authoritatis summe, quam datæ per Cæs. commissionem ratificationis, spectare, manifestum. Sin minus pars aduersa ab hisce impertinentibus, & non necessariis petitionibus discedere nolit, quod tamen de tanti nominis, & tranquillitatis publicæ studiosis Principibus, minime præsumitur, Illustr. D. Comitem Tillium necessario hæc omnia S. Cæs. Maieft. arbitrio, & resolutioni

soluioni relinquere. Interim vero à D. Dele- Anno  
gatis Interponentibus enixe petere, suam vt 1626.  
authoritatem apud D. Legatos, interponât,  
num impertinentia illa remittere, vel su-  
spensionem armorum, & induciis dum interim  
Cæs. Maiest. super prædictis impertinentibus  
articulis resolutio expectatur, locum dare  
velint, Brunf 5, Mart. 1626.

Post hanc Comitum Tillij vltimam decla-  
rationem, Legati Prouinciales itidem po-  
stremam resolutionem & declarationem,  
nomine Principum & Statuum Prouincia-  
lium, Dominis Legatis Interponentibus tra-  
didere.

Magno sese hæctenus desiderio declara-  
tionem & resolutionem talem à D. Legatis  
expectasse, qua Prouincia hæc intolerabili  
iugo & molestia bellica exonerata, pace ac  
tranquillitate demum frui & gaudere possit,  
verum contrarium se magno cum dolore  
percipere. Et quidem præmissa protestatio-  
ne, nihil eorum, quæ pro conseruando iure  
Circuli huius, allata fuerint, in præiudicium  
S. Cæs. & Regiæ Vngaricæ ac Bohemicæ Ma-  
iest. Seren. S. Imperij Electorum Principum,  
vel etiam Illustr. & Illustr. D. Generalium ex-  
ercitus Cæsarei Ducum, nec animo offen-  
dendi, attulisse, omnia, hæctenus hoc in con-  
uentu pertractata, vt pote omnibus manife-  
sta, &

*Legatorum  
Prouincia-  
lium Vlti-  
ma declara-  
tio.*

Anno ita, & notoria, suo sese relinquere loco, Non  
 1626, tamen diffiteri, paucis se causas aperuisse, ob  
 quas propositus abducendi exercitus mo-  
 dus, amplectendus foret, non tamen vlli hi-  
 sce leges imponere voluisse, sed Prouinciæ  
 huius statu exigente coactos ea proposuisse,  
 cum nimirum præter S. Cæs. Maiest. iussum  
 Prouincia inextricabili huic labyrintho sit  
 immersa, ex quo hæctenus emergere non li-  
 cuerit, Illustr. etiam Princeps, D. Christianus  
 Dux Luneburgicus damnum illatum 12.  
 auri tonnas, (vt vocant,) transcendere æsti-  
 met, & quo loco habitæ illustres quædam a-  
 nimæ, quæque nonnullis in locis patrata, o-  
 mnibus appareat: Quamuis ipsa S. Cæs. Ma-  
 iest. copias è Prouincia abducere mandarit,  
 omnibus S. Imperij Principibus & Statibus  
 vigore Aureæ Bullæ, & Imperij Constitutio-  
 num, etiam contra mandata sine clausula e-  
 manata, exceptiones sub & obreptionis, pro-  
 ponere licitum, Prouinciæ vero huius insti-  
 tuta defensio minime talis sit, vt contra eam  
 procedendo, ab ipsa executione initium sit  
 sumendum: cum illa in nullius Romano Ca-  
 tholicæ Religioni addicti Status iniuriam  
 cedat. Quibus omnibus exactius considera-  
 tis, sperare Principes & Status huius Prouin-  
 ciæ, factis faciendis, & Prouincia belli mole  
 liberata, permissoque libero exercitio Re-  
 ligionis

ligionis Iurisdictionis in ditionibus suis tam Anno  
hæreditariis, quam electione acquisitis, li- 1626.  
bertate etiam Germanica salua & illæsa, om-  
nem diffidentia contagionem procul ces-  
suram, & cuncta S. Imperij membra in pri-  
oris æui consonam harmoniam & concor-  
diam restitui posse. Præter hæc magna etiam  
lætitia se cognouisse, D. Legatos scopum  
propositæ tractationis maximopere atten-  
dere, hoc enim Principibus & Statibus Pro-  
uincialibus maximæ semper curæ fuisse. Ve-  
rum illos nimis angustos scopi huius limites  
constituere, præter & contra Prouinciæ ha-  
ctenus demonstratam voluntatem & facti  
notorietatem, manifesta namque esse ex  
litteris ad Seren. D. Electores Saxonem, &  
Brandenburgicum, perscriptis, quæ parti ad-  
uersæ faciendæ incumbant, cum ex intentio-  
ne Principum, & Statuum Prouincialium  
dimissionem copiarum aduersarum fundamē-  
tum quidem esse pacis ineundæ, pateat, non  
tamen alia etiam, quorum mentio in illis li-  
teris, excludi: hoc potissimum casu, quo  
Principes & status prouinciæ, nihil quic-  
quam, quod ad reducendam pacem & tran-  
quillitatem Prouinciæ faciat, se intermissu-  
ros, polliciti fuerint, prout etiam elapso an-  
no huius seculi vigesimotertio in tenore  
concordiæ cum D. Comite Tillio initæ, pri-  
mum

Anno 1626. Illustr. D. Comes Tillius spondeat, omnia in hac Prouincia, & ditionibus tam hæreditariis, quam electione acquisitis, & reformatis Archiepiscopatu, & Episcopatibus, in pristino statu & tranquillitate sese cõseruaturum, & in iis quæ Status inter se vel pactationibus certis, vel aliis modis acquisita iura & prætensiones in successione, electionibus, postulationibus, & aliis prærogatiuis, obtinent, nihil immutaturum, hæcque promissa ipsam S. Cæsar. Maiest. D. Electores Romanæ Catholicæ Religioni addictos, & Sereniss. Isabellam, Austriæ Archiducissam, confirmaturam, Hæc vero omnia approbasse Illustr. D. Comitem, & confirmationem prædictam sponondisse: Quin ipsam S. Cæs. Maj. clementissime itidem hæc confirmasse, & vt executioni tradantur, mandasse. Nihil igitur noui Legatos præsentem in Conuentu petiisse, sed prioribus institisse vestigiis. Cum vero D. Legatorum Interponentium, & Prouincialium intentio non in sola dimissione copiarum militarium consistat, sed pariter ipsam pacem & tranquillitatem, includat, quæ absque libero exercitio Religionis Augustanæ Confessionis, vtriusque Pacis Religiosæ, & Profanæ, ordinariæ iurisdictionis, & Germanicæ libertatis, reduci nequit: eumq; scopum

pum etiam pars aduersa, ex posteriori, si non Anno à priori, approbarit, & resolutiones suas in e- 1626.  
um direxerit, arbitrium penes vniuersum terrarum orbem fore, num iam demum post initum quasi contractum media pacificationis ad dimissionem vtriusq; exercitus solum modo sint restringenda, reliqua vero exercitium Religionis Augustanæ Confessionis, atq; ab ea dependentium controuersiarum, & conseruationem Imperialium Constitutionum, iurium, & libertatis Germanicæ, spectantia, excludenda sint: verum Legatos ad responsionem suam 16. Dec. editam in hisce sese remittere.

Dominorum vero Legatorum declarationem & explicationem quarti articuli, mere generalē esse, & insufficientē, vtpote quæ dimissionem solum copiarum spectet, nulla limitum Prouinciæ facta mentione vt & eorum quæ extra limites sita, Principibus in ditionibus suis hæreditariis, & electione acquisitis subsunt, vt sunt Albis & Wesaræ confinia, Höxtera, Minda, Pons Dessauiensis, aliaque loca vsq; ad extremos Episcopatus Bremensis limites, libertas & securitas commerciorum, retusio omnium hostilitatum, & violētiarum dimissio præsidiorū ex aliis vrbib. pagis, & territoriis, restitutio plenaria occupatorum & rerū adhuc extantium, Eorum aut  
qui-

Anno quidem mentionē à se non eo animo factam  
 1626. fuisse, quasi vllam diffidentiae notam Illustr:  
 & Illustr. D. Generalibus Ducibus inurere  
 vellent, sed tantum vt quam cautissime hoc  
 maximi momenti negotium pertractare pos-  
 sent. Interim sese articulo quinto D. Lega-  
 torum primum suum opponere oblarum,  
 reseruata tamen adiecta, & reiterata condi-  
 tione, declarantes, quamprimum oblata illa  
 executioni fuerint demandata, ex sua etiam  
 parte officio suo promissis non se defuturos:  
 Interim intelligere se non posse, quo pacto  
 modus dimittendarum copiarum militari-  
 um propositus, in prauiudicium & diminu-  
 tionem authoritatis Cæsareæ vergere possit:  
 Nec existimare Principes & Status nomine  
 Illustriss. Principis Ducis Lunēburgensis re-  
 stitutionem quorundam locorum, in specie  
 vero Niemburgi, & Hoix, eo in statu, quo  
 ante expugnationem fuissent, peti iure posse,  
 cum id abique mandato factum, & Provin-  
 cia multo deterior futura esset conditio, cui  
 Calenburgum & alia loca occupata, in sta-  
 tu, quo hoc tempore reperiuntur, restitue-  
 rentur. Vt vt vero hæc se habeant, factis fa-  
 ciendis, & reliquis postulatis præstitis, Seren:  
 Daniæ Regem omnia, consanguinitatis &  
 beneuolentiæ officia præfato illustriss. D.  
 Principi, præstiturum.

Quo



Quod vero præter hæc Comitibus Mansfeldij dimissionem spectet, repetere Principes 1626 & Status declarationem suam, 16. & 28. Dec. 1625. editam.

In sexto articulo oblata n. 3. 4. 5. & 6. expressa, acceptare pariter Principes, & Status. Verum cum dispositio vel confessio conditionalis vel omnino reiicienda, vel cum adiectione conditionis recipienda sit, executioni demandatis ab Illustrissimis & Illustr. D. Generalibus exercitus Cæsarei Ducibus, iis quæ sua ex parte Prouinciæ promissa sunt, illos etiam pari passu & omnibus numeris ipso opere & re promissa præstituros spondere.

Expectasse vero in puncto postulatorum Prouinciæ, Legatos Illustr. & Ill. D. Generalium, necessariam adeo, & multoties expetitam specialem resolutionem, sed frustra: cum post tot illata Prouinciæ damna, vigore plenariæ Commissionis (nequaquam Prouinciæ exhibitæ) priora tria postulata sese recipere protestentur D. Legati, verum esse & illam acceptationem nimis generalem, & conditionibus adiunctis modificatam, immeritoq; in illis Prouinciæ motuum horum initium adscribi, cum contrarium ex actis probari possit, & Prouinciam nūquam mandatis legitimis, vel promissis propriis contra-

D uenisse,

Anno uenisse, certum sit. Hæc uero omnia eum in  
 1626. finem proposita & petita fuisse à D. Legatis,  
 quo non solum Prouincia ad refusionem  
 sumptuum bellicorum, & damnorum illato-  
 rum, (quorum æstimatio non auri tonnas,  
 sed milliones aliquot transcendat,) adiga-  
 tur, sed etiam Cels. Principi, D. Christiano  
 Seniori, Duci Lunæburgico, & aliis præten-  
 sionibus suis, & actionibus erga Prouinciam  
 reseruatis, perpetuæ liti & discordiæ facibus  
 illa subiiciatur. Verum ad hæc superiore re-  
 solutione 15. huius mensis exhibita, abunde  
 responsum, in ea enim Principes ac Status  
 mentem suam adeo manifeste aperuisse, ut  
 minime dubitent, etiam ipsam S. Cæs. Maie.  
 declaratione illa acquieturam. Omnib. ergo  
 ex hisce facile patere, quem in finē multoties  
 repetita illa clausula, qua pars aduersa omnē  
 belli motum, & inuasionem cessaturam pro-  
 mittat, nisi noua motibus bellicis à Prouin-  
 cialibus occasio & causa detur, sit apposita:  
 nec de restitutione urbium Höxteræ, &  
 Mindæ dicta, vlla ex parte declarationi 14.  
 huius mensis factæ, consentire.

Causas uero, ob quas Principes & Status  
 huius Prouinciæ, imprimis Ser. Daniæ Rex,  
 huius præcipue articuli assecurationem eni-  
 xe adeo efflagitarint, prægnantes, & grauissi-  
 mas fuisse, nec tamen illegitimam extensio-  
 nem

nem Pacis religiosæ vnquam quæsiuisse, sed Anno  
 vt in ditionibus suis in possessione eorum, 1626,  
 quæ ab longissimo tempore huc vsq; pacifi-  
 ce possederunt, illæsi conseruentur, & sub  
 protectione S. Cæs. Maje. clementissima de-  
 fendantur. Præter hæc cum quartum postu-  
 tum diuerso in sensu ab aduersa parte acci-  
 piatur, necessariam vitam esse eius hoc loco  
 factam repetitionem, nec vnquam eorum,  
 quæ ad hunc vsque diem inter vtriusq; Re-  
 ligionis addictos controuersa fuerunt, ami-  
 cabilem compositionem Status renuisse: In-  
 terim facile perspicere causas, ob quas Illu-  
 striss. & Illustr. D. Generales quarti & quinti  
 articuli cognitionem reiicere voluerint, &  
 quæ ex hac reiectione ipsis impendere vide-  
 antur. Nec enim sufficientes & satis graues  
 illas videri causas ab illust. & Ill. D. Generali-  
 bus allegatas, instructionem scil. & Commis-  
 sionem ipsorum ad talem cognitionem non  
 extendi, quippe quæ altioris consideratio-  
 nis, & aliis reseruanda locis, huc vsq; intacta  
 ab ipsis relicta fuerit, cum tamen manife-  
 stum cunctis appareat, Illustr. & Ill. DD. Ge-  
 nerales iam dudum  $\frac{7}{11}$ . nempe Decem. men-  
 sis, vt &  $\frac{7}{17}$ . Ianuar. speciaticim, ac  $\frac{4}{14}$ . Februar.  
 proxime elapsi, de hoc articulo pertractan-  
 tes, in tantum eum approbasse vt non ampli-  
 us de vltiori assecuratione Pacis Religio-



Anno s<sup>c</sup>e, & liberi exercitij Augustanæ Confessio-  
 1626. nis Religionis, sed de quibusdam aliis hinc  
 dependentibus considerationibus & pun-  
 ctis saltem agendum superesset. Minime er-  
 go Legatos dubitare, quin tum temporis Il-  
 lustriss. & Illustr. DD. Generales ad huius ar-  
 ticuli pertractationem sufficienter fuerint  
 instructi, nec enim aliter eo usq; tum eos  
 procedere potuisse; maxime cum hic articu-  
 lus etiam mense Augusto superioris anni in  
 deliberatione positus, & primo in puncto  
 primario Prouinciæ Resolutionis 16. Oct.  
 1625. editæ, in indiuiduo fuerit propositus.  
 Relationem proinde & vltiorem plenio-  
 remq; commissionem casu deficientis man-  
 dati sufficientis, iam dudum fieri potuisse,  
 minime dubitandum, cum in primis & præ  
 aliis omnibus Principes & Status Prouincia-  
 les omnem curam & sollicitudinem adhi-  
 buisse iam dudum perspexerint Illustr. DD.  
 Generales, quo aurea illa conscientiarum &  
 Religionis libertas vna cum omnibus inde-  
 pendentibus sarta tecta, & illibata conser-  
 uari, & Prouincia etiam in posterum libero  
 Religionis exercitio frui ac gaudere possit.  
 Nec vero ardentibus adeo votis repetitam  
 petitionem in præiudicium S. Cæs. Majest.  
 authoritatis, & Imperialis præminentia vlti-  
 mo modo tendere, sed Principes ac Status  
 Prouin-

Pro  
 tem  
 & Il  
 qua  
 se.  
 deli  
 me  
 hui  
 tate  
 pes,  
 qui  
 lim  
 eto  
 eam  
 tati  
 & p  
 pro  
 ti si  
 e  
 lum  
 pat  
 fun  
 firm  
 rass  
 Sta  
 Re  
 tio  
 illu  
 inf

Prouinciales S. Cæs. Majest. tanquam fon- Anno  
 tem omnis æquitatis requisuisse, cum Illust. 1626.  
 & Illustr. vero DD. Generalibus, non aliter,  
 quam cum Delegatis tractationem instituis-  
 se. Neque etiam præsentì consultationi &  
 deliberationi decedere aliquid, si vel maxi-  
 me Illustr. & Ill. DD. Generales cognitioni  
 huic de conscientiarum & religionis liber-  
 tate non interuenisse dicantur, cum Princi-  
 pes, & Status Prouinciales iustam hanc & æ-  
 quissimam petitionem, de qua in ipso statim  
 limine erga S. Cæs. Majest. Ser. S. Imper. Ele-  
 ctiores, Principes & Status protestati fuerint,  
 eamque in omnibus hinc inde actis & acti-  
 tatis, repetiuerint, & declararint, nullo iure  
 & prætextu violentæ cuiusdam & nouiter  
 propositæ intentionis loco haberi posse, cer-  
 ti sint.

Quæ vero ad sextum propositum articu-  
 lum spectant, ex prioribus declarationibus  
 patere, Principes & Status S. Cæs. Majest.  
 summa semper veneratione profecutos, cõ-  
 firmationem Eiusdem subiectissime implo-  
 rasse, quin imo & illam à reliquis S. Imperij  
 Statibus, in primis vero Catholico Romana  
 Religioni addictis, petiisse, sperantes hac ra-  
 tione concordie vinculum ad augendam &  
 illustrandam S. Cæs. Majest. auctoritatem,  
 instaurari, & discordie tela reprimi, sicq; S.

Anno Imperij membra & Status maiori efficacia & 1626. virtute hostium conatibus resistere facilius posse, eoque in re Principes & Status huius Prouinciæ fide, & obedientia, nulli alij celsuros, hacque secuta concordia vnanimitate ad externorum principum auxilia confugere minime necessarium fore. Ex hisce vero omnibus patere, quibus adducti causis Principes & Status huius Prouinciæ punctum hoc a securationis, & liberi exercitij Religionis, salua tamen semper Imperiali maiestate, ardentibus adeo votis desiderarint.

Cum vero aduersa pars in resolutione sua postrema multis docere nitatur, primarium articulum, & votum illud ardentissimum Prouinciæ huius, maximo desiderio omnibus in locis, & apud omnes instantissime desideratum, libertatem scilicet exercitij Religionis Confessionis Augustanæ, ab eoq; dependentium, obseruationem & conseruationem S. Imperij Constitutionum, & ordinariæ iurisdictionis, iurisq; competentis, impertinenter hoc in Conuentu petitam, & in Commissionem, siue mandatis suis à S. Cæsar. Maje. transmissis non comprehensam, proinde sese super ea quicquam attentare, & statuere non posse, sed ad competentem iudicem eius cognitionem & concessionem remittendam fore: Haud immerito loco & nomine

nomine Illust. Principum, & Statuum, suo- Anno  
 rum Principalium Legatos grauiissime & do- 1626.  
 lentianimo ferre, hancce pacifico, & bene-  
 uolo animo institutam compositionem a-  
 micabilem, desiderato suo effectu & fine ca-  
 rere, & infructuose dissolui: Dominos vero  
 Delegatos Interponentes posthabita tam  
 publici, quam priuati boni, cura, hucusque  
 detentos, operam lusisse: Exultare vero, ex  
 sua parte non stetisse, quo minus Conuentus  
 hic desideratum fortiretur effectum. Spe ta-  
 men nihilominus sese niti, S. Cæs. Majest. ex  
 summa animi clementia, & æquitate, si mo-  
 do conuenienti tempore huiusce remoræ  
 notitiam habuisset, clementissime petitioni  
 suæ locum daturam fuisse. Iudicium vero to-  
 ti relinquere orbi, cui parti frustrati conuen-  
 tus causa imputanda sit. Hæc vero omnia  
 DD. Delegatis Interponentibus, loco vlti-  
 mæ, absque tamen præiudicio, resolutionis  
 tradere, & significare voluisse, Brunsvici. 28.  
 Febr. 1626.

Finito hoc modo & dissoluto, sed absque  
 effectu conuentu hoc Brunsvicensi, Bellona  
 vires suas & furias vbique exerere, & regio-  
 nes omnes sæuissimis bellicorum tumultu-  
 um facibus incendere, vltius institit, pro-  
 ut ex subsequenti narratione historica, ma-  
 nifestum cunctis apparet.

D 4

Verum

Anno 1626, Verum licet Inuictissimus Imperator, Di-  
 uis Ferdinandus II. Dominus noster cle-  
 mentissimus, vndique bellicorum tumultu-  
 um mole pressus, hoc tempore affligeretur,  
 iustitiæ tamen & iuris æquali lance cunctis  
 administrandi curam minime deposuit, sed  
 pro innata sapientia, & iustitiæ amore 15. A-  
 pril. nouam Consilij Aulici Cæsarei faciem  
 & ordinationem instituit, certis legibus &  
 constitutionibus saluberrimis editis, & 5.  
 Maij præsentis anni, publicatis, quarum ad  
 normam processus coram laudatissimo & in-  
 clyto illo Consilio, institueretur, & Procura-  
 torum & Agentium errores, emendaren-  
 tur.

*Inceudium  
 Vienna ex-  
 ortum.*

Immiscuit etiam hisce curis inuida huma-  
 nis actionibus Fortuna tela sua, incendio in  
 ciuitate illa nobilissima Vienna, excitato,  
 dum 25. Apr. sub vespertinam nonam, ante  
 portam Carniolanam, in foro frumentario,  
 prope ædes rubri Leonis insigniis notatas, o-  
 perarij cuiusdam negligentia incendium hor-  
 rendum excitatum, ædes triginta funditus  
 destruxit, & consumpsit, hospite ipso, vna  
 cum puella cognatione sibi iuncta, interem-  
 pto, & damno 200000. flor. summam exce-  
 dente illato.

*Res in Ita-  
 lia gesta.*

Quæ interim rerum facies in Italia fuerit,  
 ex superiori semestrali historica narratione  
 patet,



patet. Nec vero hac æstate belli motus quie- Anno  
uere, sed 20. mensis Maij die, copiæ Pontifi- 1626.  
ciæ lustratæ, Riuam appulere: Verum Do-  
minus à Pappenheim cum tormentariis  
1000. & turmis aliquot equitum, per inuia  
quædam loca munitionem Boze aggressus,  
vi eam expugnat, contrucidatis præfidiariis  
200. & 80. captiuis abductis: nulla tamen ar-  
te Gallos ex castris suis cum elicere potuisset,  
munitione sola æquata, discedere coactus  
est.

In Belgicis etiam Prouinciis Vnitis res  
turbauere, cum eimn Armenianæ sectæ ad-  
dicti iam ab aliquo tempore quiete vixissent,  
hac demum æstate, è latebris erumpentes,  
nonnullis in locis congregationes, & concio-  
nes publicas instituerunt, & quidem Lugdu-  
ni Batauorum 28. April. decurrentis anni,  
magno numero in ædibus priuatis concio-  
nes habuerunt, quare irritata plebs, frustra  
resistente armata manu oppidi magistratu,  
domum oppugnari cœpit, suppellectili o-  
mni domestica publicam in plateam proie-  
cta, & dissipata, etiam grauiora ausura, si in  
posterum tales conciones rursus haberen-  
tur.

Eodem modo 13. April. Amsterodami tu-  
multuatum, & domus, in qua Armenianæ  
sectæ sectatores congregati concionem in-

D s . stituerant,

*Seditio Lug-  
duni Bata-  
uorum &  
Amsterod-  
exorta.*

Anno stituerant, oppugnata, & direpta est: Et in 1626, tantum quidem furor plebeculæ processerat, ut licet Maior Urbis militum turmam ad sedandum tumultum ablegaret, tumultus tamen componi nequiverit, & ipse Maior vitæ periculum adierit. Nec etiam prima die furor ille quieuit, sed subsequenti etiam die irata plebs congregata, domum in qua concio habita fuerat, totam pene destruxit, etiam ipsius Maioris domum spoliare aggressa, tanto furore operi incumbens, ut Maior cum ciuibus arma capere, & vi abigere tumultuantes cogereetur.

*Mansfeldii  
opia casa.*

In superiori interim Germania Mansfeldius cum copiis suis Saxoniae superioris limites ingressus, Anhaltinam ditionem aggrediebatur, & 11. April. S. N. munitionem ante pontem Dessauensem bina vice vi occupare conatus, operam lusit, strenue munitionem defendente Nobilissimo & Strenuo Domino Ioanne Altringero copiarum militarium Praefecto, ipso vero S. Paschatos die oppugnationem vigente Mansfeldio, & repetitis subsequentibus diebus vi superare frustra tentante.

Hisce igitur mature cognitis Illustr. Friedlandiae Dux Copiarum Cæs. summus Dux, &c. Illustr. D. Comitem Schlickium cum turmis aliquot ad praefatum D. Altringerum ablega-

ablegauit 24. April. die, cum vniuersis copiis, Anno  
quibus vs 25. prope pontem conuenirent, 1626.  
demandatum erat, subsecutus. Mansfeldius  
ergo 25. April. summo conatu pontem ag-  
gressus, Cæsareanos omni ex parte oppu-  
gnat, verum fortiter illis resistentibus, oppu-  
gnatio omnis irrita fuit, in tantum, vt occiso  
Hollandicarum copiarum præfecto, & ma-  
gna clade accepta oppugnationē deserere co-  
gerentur. Hinc Illustr. D. Generalis hora no-  
na matutina copias equestres, quæ citra pon-  
tem degebant, non expectatis reliquis copi-  
is, magno silentio traduxit, quæ alacriter &  
summis viribus munitione egressi, Mansfel-  
dios adoriuntur, eosque locum deserere co-  
gunt, & insigni clade affecere, Mansfeldij  
vero equites in fugam versi, pedestres copi-  
as turpiter deseruere, qui ad vnum fere o-  
mnes cæsi victoriam Cæsarianis insignem  
peperere, contrucidatis etiam aliquot tur-  
marum præfectis, & signis militaribus 34.  
pedestribus, tribus equestribus, tormentis 6.  
& impedimentis amissis.

Post insignem hanc adeptam victoriam  
Illustr. D. Generalis eadem die urbem Ser-  
uestanam quam turpiter Mansfeldij dereli-  
querant, occupat, & impedimenta multa ab  
iis relicta, in potestatem redigit, vrbe præsi-  
dio Cæsareo munita.

Comes

Anno 1626. Comes vero Mansfeldius, accepta hac clade cum equitatus reliquiis in Marchiam profugit, pedestres vero copiarum à clade superstites sacramento in S. Cæs. Majest. fidem adactæ, & Dominus Pechmannus turmarum aliquot præfectus, cum signis militaribus Mansfeldiis ereptis Viennam profectus, S. Cæs. Majest. ea obtulit.

*Acta Par-  
amenti  
Anglicani.*

Hoc tempore Magnæ Britannia Rex, Regni Senatum, quem Parlamentum vocant, variis subinde urgentibus negotiis, coegit, Assessores igitur illius, omnibus maturrima consultatione perpensis negotiis, bellum Hispaniarum Regi aliisque, qui Palatinatum Electoralem inuasere, inferendum censere, eumque in finem, in subsidium classis emittendæ, & copiarum militarium, in menses singulos maximam pecuniæ summam sese contributuros, sponderunt, quo maiori vi & efficacia bellum instauraretur.

*atauorum  
riti cona-  
is.*

Feruet interim belli negotium in Germania Inferiore, dum 3000. Equites Hollandici irruptionem in Brabantia Ducatum tentant, verum Comes à Berga decem millium armatorum exercitu instructo obviam iis progressus, impetum eorum retudit, in reditu tamen 27. Apr. quatuor turmas Hispanas aggressi, in fugam eos vertunt, & profligant, triginta ex iis trucidatis.

In

In Anglia vero 3. Maij decurrentis anni Anno  
Comes Essexiæ in locum Ducis à Bukingam 1626.  
classi præficitur, & vrgente Regni Senatu, Par- Comes Esse-  
lamento, omnia ad bellum necessaria sum- xiensis clas-  
mo studio præparabantur, & nouiter con- si Anglica  
scripti milites Anglicani ex Anglia in Belgi- na præfe-  
um transmittabantur. sus.

Interea ineunte hoc mense Majo ex Bel- Res in Bel-  
gicis vnitis Prouinciis quinquaginta naues, gio gesta, &  
omnibus necessariis rebus, instructissimæ, seditio Lec-  
quorum quæque 30. tormenta bellica habe- wardia ex-  
bat, in Hispaniarum regna, impetum factu- orta.  
ræ soluerunt, Societatibus etiam vtriusque  
Indiæ classem magnam summa diligentia, &  
cura adornantibus.

In Frisia etiam, & superiore regione Ise-  
lana inter magistratus & subditos magna  
contentio exorta, ob imposita quædam,  
mandato Ordinum Generalium confæde-  
ratorum Belgicorum noua onera, cõtra quæ  
subditi vltra summam, iuxta quam Hollan-  
di, & alij contribuerent, sese contributuros  
negarunt. Hunc Leouardiæ s. Mart. grauif-  
sima exorta seditione, ciues armati, expansis  
signis forum occuparunt, & Senatorij ordi-  
nis virum, qui diuersum persuadere ipsis co-  
nabatur, verberibus affecerunt, milites por-  
tas custodientes domum redire cogentes:  
Insequenti etiam die tormenta ex armamen-  
tario

Anno tario educta in muris collocarunt, Heluetiis  
1626. præfidiariis ex vrbe dimissis : frustra seditio-  
nem retundere conante Comite Ernesto  
Nassouensi. Consimiles etiam tumultus &  
seditiones aliis in locis, vt Harlingæ, exortæ  
sunt.

Naues interim hoc tempore duæ Duyn-  
kerkanæ prope Wykam, milites quosdam  
in terram exposuerunt, qui vel pagos cir-  
cumiacentes incendio vastarent, vel pisca-  
tores captiuos abduccrent, sed maturius co-  
gniti, operam læsere.

*runsvici  
dux Chri-  
ianus in  
tionem  
logunt.  
rchiep.  
rumpit.*

Ex altera parte Christianus Dux Brunsvi-  
censis, cum tribus equitum millibus, 500. E-  
quitibus grauis armaturæ, & 3000. pediti-  
bus, prope Hamelam Weseram transgres-  
sus, tertio huius mensis Hassiam versus traie-  
cit, frustra præfidiariis vrbis Hornæ, prohi-  
bere conantibus, & quæ ante hac in potesta-  
te habuerat loca, occupauit, hinc Northei-  
miam versus, & ditionem Archiepiscopo E-  
lectoris Moguntino subiectam Einfeldiam  
dictam, progressus, Northeimium præfidi-  
um Göttingam, & Mindam etiam annonam  
introduxit, & magnam pecudum & frumen-  
ti vim abduxit, nauemque vino onustam è  
Franconia in castra Cæsarea tendentem, in  
potestatem redactam Göttingam transmi-  
sit.

Noua

Novia etiam controuersia hoc tempore Anno  
 in Gallia exorta: naues enim Duynkerkanæ 1626.  
 nauem Gallicam in potestatem redactam, *Naues Bel-*  
 abduxerunt, restitutione hactenus sæpius, *gica in Gal-*  
 sed frustra, implorata. Gallia igitur Rex, *lis detenta.*  
 quarto Maij, iure repressaliarum naues cun-  
 ctas & bona apud institores Belgarum Hispani-  
 cum dominium agnoscētium, banno sub-  
 iecit, qua ex re multi sinistri rumores inter  
 Hispanos dispersi.

Præter hanc etiam alia noua in regno Gal- *Seditio Pa-*  
 licanò exorta conspiratio, ipsam regni me- *risis exor-*  
 tropolin, & caput Regem ipsum petiit, huius *ta.*  
 ergo præcipua capita carceri mancipata, et-  
 iam ipse Regis frater, natu maior, custodia  
 traditus est, hunc ad motum facilius com-  
 ponendum, Regiæ literæ ad omnium Pro-  
 uinciarum & urbium Gubernatores, trans-  
 misse, iisque imperatum, vt suis locis concre-  
 ditis sese continerent, omnium etiam itine-  
 rum postæ, absque literis speciali Regis sub-  
 scriptione munitis interdixit. Præcipuum  
 conspirationis caput fuisse dicitur, de Rege  
 interuenandum occidendo, & fratre maiore  
 Regno præficiendo.

Pacem in florentissima Europæ regione *Pacis in I-*  
 Italia constabilitam aliquoties dictum, ve- *talia con-*  
 rum cum nonnullæ circa confirmationem e- *firmatio.*  
 iusdem iam dudum in controuersiam voca-  
 rentur,

Anno rentur, hoc demum tempore confirmatam  
 1626. plene esse, subsequentibus conditionibus v-  
 trinque receptis, creditum est. Vt nimirum  
 munitiora loca & fortalitia potestati summi  
 Pontificis tradantur, qui necessaria omnia  
 procuret, donec de Religione cautum ido-  
 nee fuerit, posthac demolienda, Grisones  
 Gubernatores eligant, qui à reliquis Prouin-  
 ciæ incolis, intra certum constitutum termi-  
 num confirmentur, pensio annua Grisoni-  
 bus constituatur, transitus vtrique Regum  
 Galliæ & Hispaniarum pateat: Quod si Gri-  
 sones præscriptas hæc conditiones recusa-  
 rint, ipso facto omni iure sibi competente  
 priuentur, & fortalitia & castella in pristino  
 statu remaneant. Interea Balciano copia-  
 rum præfectus, cum turmis aliquot Sabau-  
 dicis, Marchionatum di Spino, & limites ter-  
 ritorij Genuensis ingressus, magnam pecu-  
 dum vim abduxit, sed conflictu exorto, non-  
 nullis vtrique desideratis discessum, à Ge-  
 nuensibus quinque militum turmæ Nouum  
 transmissæ sunt

*Terramò-  
 tus in Ca-  
 labria.*

Terræmotus interim grauissimus Duca-  
 tum Calabriae grauitè affligit, quo non so-  
 lū in episcopatu & vrbe Catanzaro, in mo-  
 nasteriis S. Dominici, Augustini, & Societa-  
 tis Iesu, sed etiam in vrbe Nicastro, & castel-  
 lo Migliarina, domus quamplurimæ solo e-  
 uersæ,



uersæ, hominibus & pecoribus absumptis, & Anno  
in castro Gomfalcone ex 300. domibus tri- 1626  
ginta solummodo integræ permanere.

Præter terræ hunc motum, etiam in Hi- *Inundatio*  
spaniæ regnis inundatio aquarum, ex conti- *in regnis*  
nuis imbribus exorta grauissima damna de- *Hispaniarum*  
dit, in primis in primariis illis vrbibus Tole- *maxima*  
to, Salamanca, Seuilia, & aliis, templis, do-  
mibus, & pontibus destructis, & solo æqua-  
tis, flumen etiam Quadalchiuir inundatione  
nonnulla oppida, & pagos absorpsit, ita vt  
damnum ad 8. milliones auri adscenderet.

Comitiis Vratislaviæ ex mandato Inui- *Propositio*  
ctissimi Imperatoris, Diui Ferdinandi, II. in- *in Comitiis*  
stitutis, II. decurrentis mensis Maij, propo- *Vratislavi-*  
sicio nomine S. Cæs. Majest. habita & per- *ensibus edi-*  
lecta est, qua S. Cæs. Majest. à Principibus & *ta.*  
Statibus Prouinciæ Silesiacæ r. 150000 Im-  
periales, in sumptus Comitiorum Norinber-  
genſium, r. totidem, in subsidium caſtrorum  
Hungaricorum, vt & 3. totidem in sustenta-  
tionem exercitus Cæsarei in Saxonia Inferi-  
ore militantis petiit, & quarto suis sumptibus  
vt copias suas, quas iam tum conscriptas ha-  
bebant, Cæs. Majest. suis vero sumptibus su-  
stentandas, tradant.

Pacem inter Galliæ & Hispaniæ Reges, &  
Remp. Genuensem ac Grifones, constitu- *Copia mili-*  
tam fuisse superius dictum, verum non at- *tares in Pe-*  
tentis *demontana*  
*regione cob-*  
*lecta.*

Anno tentis hisce pactis ineunte hoc mense, in re-  
 1626, gione Pedemontana nouæ copix collectæ,  
 & millia aliquot Gallorum, vna cum 18.  
 tormentis, & 1800000. aureis in Italiam sub  
 imperio Victorij Sabaudi militaturæ, trans-  
 missa sunt; Misere etiam Heluetij Ber-  
 nenses & Tigurini sex armatorum millia,  
 Galli & Sabaudi etiam copias suas octode-  
 cim armatorum millium summam exce-  
 dentes, Zuccarellam ablegarunt, Genuates  
 summa vi adorturi. Hisce copiis quatuor &  
 Genuæ sex armatorum millia opposuere,  
 duorumque mensium stipendium à Medio-  
 lanensium Governatore militibus persolu-  
 tum.

*Hispania-  
 rum Regis  
 Legati Pra-  
 gam veni-  
 unt.*

Decimo tertio huius mensis Legati Regis  
 Hispaniarum, Pragam venere, inde Vratis-  
 lauiam, & in Poloniam contendentes, vt  
 matrimonij fœdera inter Seren. Hispania-  
 rum Hæredem, & Regis Poloniae filiam con-  
 stituerent, & auxilia à Polonis contra Daniæ  
 Regis conatus efflagitarent.

*Hollandicæ  
 naues Hi-  
 spania oras  
 maritimas  
 aggrediun-  
 tur.*

Verum, dum Hispaniæ Proceres de ma-  
 trimonio hoc Regio solliciti sunt, Hollandi  
 5. huius mensis naues 156. instructissimas,  
 quarum quæque 30. æneis tormentis instru-  
 ctæ, in oras maritimas huius regni emittunt,  
 Societate Indica, & Amsterodamensibus no-  
 uam classem, huic succenturiatam, prope-  
 diem

diem emittendam, apparantibus, Interim Anno  
 etiam mandato Confœderatarum Prouin- 1626.  
 ciarum Belgicarum Ordinum, noua aliquot  
 tormenta bellica, probata, & omnia ad ex-  
 peditionem bellicam necessaria magno co-  
 natu instructa, oræ vero maritimæ quæ peri-  
 culo expositæ videbantur, in primis Sluisa &  
 Cadfand præfidiis, & fortalitiis nouis muni-  
 tæ. Hispanis econtra urbem Bredanam ma-  
 gna vi & conamine munientibus.

Mansfeldij copias superiore mense Apri-  
 liab Illustriss. D. Duce Friedlandiæ, dissipa-  
 tas, & amissis 37. signis militaribus, & tor-  
 mentis, in fugam versas diximus, verum pau-  
 cis post diebus copias dispersas Mansfeldius  
 recollegit, vt eo tutius tribus Scotorum mil-  
 libus & Fuchsio qui huc vsque Tangermun-  
 dæ, ad custodiendum pontem naualem, sub-  
 stiterat, se coniungeret, & hostiũ impressio-  
 ni vltiori resistere posset: quem in finem  
 duo tormentariorum millia à Seren. Rege  
 Daniæ ipsi transmissa sunt. Magno interim  
 damno milites eius incolas harũ regionum  
 affecere, & in tantum pagos & oppida infir-  
 miora spoliarunt, vt Sereniss. Elector Bran-  
 denburgicus copias suas, & vasallos educere  
 coactus fuerit.

*Mansfeldi-  
 us copias  
 dispersas  
 colligit.*

*Comitia  
 Hungariæ  
 Vienna ceo-  
 lebrata.*

Hungariæ Ordines hoc mense ab Inui-  
 ctissimo Imperatore nostro Viennam euo-  
 cati,

Anno cati, urbem 14. Maij vna cum Dn. Palatino  
 1626. regni Vngarici ingressi sunt, S. Cæsar. igitur  
 Maiestas subsequenti 15. eiusdem mensis  
 propositionem & articulos quosdam iis pro-  
 poni curat, qui de illis consultationem ma-  
 turam in Palatio nouo, instituerunt, & D.  
 Sigfridus Christophorus Preuner, inferioris  
 Austriae Archiducatus Gubernator, Domi-  
 nus ab Hois, Prouinciæ Mareschallus, & Do-  
 minus à Teuffenbach Prouinciæ Guberna-  
 tor constitutus est.

*Magna pe-  
cuniarum  
summa, lo-  
co contribu-  
tionis spon-  
taneæ Hisp.  
Regi pro-  
missa.*

*Res à Seren.  
Dania Rege  
gesta.*

Hispaniarum Rex potentissimus regna sua  
 visitaturus, hoc tempore aliquantum in re-  
 gno Barcellonæ substiterat, hac sumpta oc-  
 casione Prouincia illa, intra annorum duo-  
 decim terminum tres auri milliones (vt vo-  
 cant,) contributionis spontaneæ loco, Regiæ  
 Majest. obtulit, Rex vero ultra priora priui-  
 legia alia adhuc amplissima illis contulit,  
 Commissario etiam Florentino, qui Turci-  
 cam nauem captiuam abduxerat, ultra tor-  
 quem aureum, 500. aureorum pretium ex-  
 cedentem, insignem, & ad magnam auri  
 summam excedentem, pensionem annuam  
 constituit.

In inferioris interim Saxoniae Prouincia  
 Mars horrendum fremens, immaniter gras-  
 sabatur. Ser. Daniae Rex hoc tempore Guel-  
 forum arce subsistebat, copias vero suas mi-  
 litares,

litares, ultra triginta milliaria in præsidia di- Anno  
 sperias, conuocat, contrahit, & mensium ali- 1626.  
 quot stipendia numerari iussit. Ex aduersa  
 vero parte Illustr. D. Comes Tillius confiniis  
 Visurgis in potestatem redactis, Allendorffi-  
 um, aliaque loca præsidiis muniuit. Turmæ  
 etiam sex equitum, sub Comitis de Merode  
 auspiciis militantes, oppidum Hirstfeld in-  
 gredi volentes, repullam passi, in singulos  
 dies 1000. libras panis, 7. tonnas cereuisiæ  
 & carnem pacti, pagis se circum iacentibus  
 continuerunt.

Interim mille cataphracti Ducis Christiano  
 Juniori Brunsvicensi militantes, cum aliis  
 mille equitibus, & 2000. peditibus octaua  
 huius mensis, Cassellas præteruecti, Frietz-  
 lariam in potestatem redigere, & deprædari  
 conabantur, sed à Mauritio, Hassiæ Land-  
 grauio muneribus pacati, intactam reli-  
 quere.

Merodiani interea, iter suum Vacham, &  
 Smalcaldiam versus prosequentes, Brunsvi-  
 censium Ducis copiis obuiam progressi sunt:  
 tumultuatum etiam in Ducatu Franconiæ,  
 & Comitatu Wertheimico, ob diuersorum  
 ducum copias eo loci congregatas, ex qui-  
 bus equites 150. cum peditibus quinquagin-  
 ta oppidulum Håw bach aggressi vna cum  
 arce in potestatem redigunt, ipse Comes de

E 3 Merode

Anno Merode in Comitatu Gleichensi, & Ducatu  
 1626. Vinariensi castra ponit, maxima pecuniæ  
 summa Eiphordianis imperata, & tandem  
 receptis 50000. Imperialibus, Donnâ in  
 Comitatu Gleichensi sitam versus iter insti-  
 tuit, & in territorio Franckenhufano milites  
 armis instructos sacramento obstrinxit.

Illustr. Comes Tillius in ditone Rodēbur-  
 genfi Breitenbuch, Bebera, & circumuicinis  
 locis castris positus, huc vsque immoratus est,  
 & oppida Fuldæ & VVelaræ confinia in po-  
 testatem redegit, Christiano Brunsvicensi  
 in finibus Hassiæ, & Göttingæ sese conti-  
 nente.

Præter hæc naues quinque Danicæ, tres  
 Hollandicæ cum Anglicana vna naue Albi  
 impositæ, ad impediendam transuectionem  
 necessariarum ad vitæ sustentationem, & mi-  
 litum ornatum, rerum, vt & Hellepontus  
 ille Danicus, Sunda, vulgo dictus, occlusus,  
 præternauigantibus remoram iniecit.

Quinq; interim turmæ Croatorum à dua-  
 bus turmis Brunsvicensibus profligatæ &  
 cæsa.

*Naues ex  
 Guinea in  
 Hollandiâ  
 appellant.*

Nec solum Europæ facies funesta Bello-  
 næ flagris, sed alia etiam orbis parte, & Indi-  
 cis regnis Martia arma fulgent, Hollandi e-  
 nim ducibus Summis Nauarchis Lam, &  
 From, Castellum di Mina, in Guineæ regno  
 situm,

litum, vi aggressi, graui clade affecti ab inco- Anno  
 lis, & Lusitanis, re in fecta discedere, inter ali- 1626.  
 os etiam ipso Duce Fromio, in pugna desi-  
 derato, coacti sunt, prout ex relatione nau-  
 um duarum Hollandicarum, quæ hoc mense  
 Hollandiam appulerunt, & pretiosissimis  
 mercibus, utpote 1050. libris auri, 50. oneri-  
 bus (ut vocant,) eboris, aliisque magni pre-  
 cij, onustæ fuerunt, cognitum.

Labente hoc mense Maio, Illustr. D. Co- Comes Isen-  
 mes à Berg, vna cum Comite Isenburgico, & burgicus  
 exercitu octo armatorum millium, 2000. Rhenum  
 equitum, & 9. tormentis maioribus, Rhe- transit, &  
 num transiens, Hollandica præsidia ex vrbib. res alia in  
 Luensi, Vna & Chomensi propullare cona- Belgio ge-  
 tus est. Verum cum eodem tēpore duo signa sta.  
 sub auspiciis Fuggeri militātes, ad Rhenum  
 iter instituisent, Hollandi eos præstolati, in  
 fugam conuertunt dissipant, & impedimen-  
 ta omnia in potestatem redigunt, frustra eos  
 insequente Governatore Vesalia, & prædam  
 eripere tentante.

Ex aduersa parte cum Illustr. Marchio Spi-  
 nola omnia ad expeditionem bellicam susci-  
 piendam necessaria, summa fide & diligen-  
 tia, instruxisset, Ordines Confœderatarum  
 Prouinciarum Belgicarum omnes copias su-  
 as, tam pedestres, quam equestres, ad vigesi-  
 mum quintum huius mensis diem Dorthæ

Anno conuenire mandant, & naues duas Hispani-  
 1626. cas, pretiosissimis mercibus, quæ 500000.  
 florenorum millia transcenderent, onustas  
 in potestatem redigunt. Quin etiam naues  
 suas tormentis bellicis aliisque rebus neces-  
 sariis optime instructas, (inter quæ 63. no-  
 ua,) Dortam transmittunt.

*Res in Italia  
 gesta.*

Pacis interim negotium in Italia, etsi mul-  
 to ante hæc tempore confectum videretur,  
 multas tamen adhuc patiebatur difficulta-  
 tes, quæ ante publicationem exortæ, non  
 tam ob Gallorum Tolosæ habitum, inter  
 Hispanos & Hugonotas tractatum, quam  
 Regis Gallicarum petitionem, qui Claudij  
 Marini, & Sabaudi restitutionem ante alia  
 omnia vrgebat, publicationem illius retar-  
 dabant. Perscripserat interim Magnus He-  
 truriæ Dux ad Pontificem Maximum, se cer-  
 to cognouisse Seren. Hispaniarum Regem  
 27. April. Articulos Pacificatorios, à Gallia-  
 rum Rege transmissos, subscriptione sua  
 confirmasse, & publicasse. Comitem etiam  
 de Ogniate 23. Maij, vt & vndecim nauigia  
 maiora in quibus 1500. milites, vnacum mil-  
 lione auri mercatoribus, & 300000, aureis  
 militibus distribuendis, Genuam appu-  
 lisse.

*Incendium  
 Constanti-  
 nopoli exor-  
 sum.*

Nec immunis à damno ipsa Turcarum  
 metropolis & vrbs regia Constantinopolis,  
 hoc



hoc tempore fuit. Incendium enim amplif- Anno  
1626.  
sima quædam ædificia, domos, & mercato-  
rum officinas absumpsit. Ipse etiam Turca-  
rum tyrānus exercitum numerosissimum in  
Persiam transmisit, vt & contra Bassam Hie-  
rosolymitanæ regioni præfectum, qui ab  
Turcarum Rege defecerat, prout consimili-  
ter à Vice Regibus regnorum Algeri &  
Tunetani factum, licet pestifera lue grauissi-  
me regiones illas affligente.

Nectamen conquieuit turbulentis hisce  
temporibus sæuissimus Orientis tyrannus, *Turcarum  
irruptio in  
Vngariam.*  
sed magno collecto exercitu in Vngariam,  
& Croatia regnum irrupit, hinc incolæ fuga  
in proximiora montana oppida, & Transil-  
uania oras dilapsi, multi etiam Viennam ap-  
pulere S. Cæs. Maiest. opem aduersus trucu-  
lentissimum hunc hostem implorantes.

Mansfeldius interim in Marchia Branden- *Mansfeldia  
copia è  
Marchia  
Branden-  
burgica de-  
ducti.*  
burgica, cum copiis suis, quas dispersas ra-  
ptim collegerat, adhuc hærebat, grauissimis  
damnis incolas affligens, qua re commotus  
Seren. Elector copias suas ministerio Præfe-  
cti Krachten Brandeburgum, Plauam, Sten-  
delam, Garleben & alia in loca introduxit,  
copiis Mansfeldicis foras protrusis, & dimis-  
sis magna cum incolarum indignatione, qui  
recollectis viribus Mansfeldicos prosequi, &  
de damnis illatis vltionem sumere gestie-

E s bant,

Anno bant, verum reuente Præfeto salui euase-  
 1626. re. Mansfeldius Havelbergæ in hanc usque  
 diem substitit, magno conatu castra muni-  
 ens, & copias dispersas colligens. Huius tur-  
 mæ aliquot equestres oppidum Nopoin ag-  
 gressuri, ab oppidanis repulsi, alio quodam  
 loco incendium excitarunt. Fuchsius mili-  
 tum Dax & Lohusanus, validissimam mu-  
 nitionem ante oppidum Tangermundæ ex-  
 citarunt, & castra munierunt.

*Legatus à  
 Rege Danie  
 ad S. Elect.  
 Branden-  
 burgicum  
 missus.*

Mittitur interim Legatus à Seren. Daniæ  
 Rege ad Illustriss. Electorem Brandenbur-  
 gicum, qui ad 26. huius mensis Berlinia ad D.  
 Electorem introductus est, hunc eodem die  
 secutus est Illustr. Princeps Bernhardus Sa-  
 xoniæ Dux Vinariensis, 30. equitibus comi-  
 tatus.

*Rebellio  
 rusticorum  
 Austriaco-  
 rum.*

Quæ funesta & calamitosissima fuerit ha-  
 tenus facies Germaniæ, patriæ nostræ, ne-  
 mini ignotum. Verum nondum satiata Eryn-  
 nis illa Infernalis, & Discordiæ Dea, alio  
 etiam loco incēdium & seditionem grauiissi-  
 mam excitauit, dum præter omnium opinio-  
 nem, sub finem mensis huius, rustici & villa-  
 ni Austriaci in Austria superiore congregati  
 aduersus Inuietissimum, Diuum Imperato-  
 rem Ferdinandum II. Dominum & Princi-  
 pem suum vniuersam regionem occupan-  
 tes, nonnullas vrbes & pagos, Daxbergam,  
 Gies-

Grielskircham, Bartzam & alias in potestatem redigunt, incendio deletis Peurbachio, 1626. & VVarzenkircha, & præfectis vna cum vxoribus ac familiis, & sacri ordinis aliquot cæsis. Omnium etiam, qui ipforum conatibus aduersari videntur, bona & possessiones incendio consumunt, primarij ordines viros captiuos abducunt, & ex locis occupatis arma capientes, copias suas necessariis armis exornantes, etiam duodecim tormenta maiora, sub initium fere huiusce motus, deducentes.

Ad hocce motus compescendos Illustriss. Dominus Comes ab Herbersdorff, S. Cæs. Majest. summus Prouinciæ Præfectus, equitum aliquot turmis instructis obuiam illis processus est, vt pœnas de seditionis huius authoribus meritas exigeret, verum rustici vallem quandam occupantes, aciem instrunt, nonnullis turmis in insidiis collocatis, qui conflictu exorto, Cæsareanos tanto impetu aggrediuntur, vt plerisque ex suis cæsis Ill. Comes cum nonnullis equitibus Croatis, & 400. peditibus Lintzium retrocedere sit coactus. Coniectura plerisque subiit, esse inter illos multos Equestris & militaris ordinis viros, cum multi inter eos pullo vestitu, armis dexterrime vtantur, transitus omnes, & Danubij ostia præsidiis munierunt validissimis,  
liberum

Annoliborum exercitium Religionis à Cæs. Maie.  
1626. efflagitantes; Contra hos Seren. Bauaria E-  
lector, magnas contrahere copias, & auxi-  
lium S. Maieft. Cæs. implorare, vt & Episco-  
pus Patauiensis auxiliares copias submittere  
constituere.

Rustici vero hac parta victoria, vltcrius  
progressi, oppida V Veltzium, Lampachium,  
Gemündam, & alia loca, vt & monasterium  
Crems, (in qua magna præda iis obuēnit)  
deprædati, ecclesiastici ordinis viros in pri-  
mis pessime afflixere, qua de causa etiam Pa-  
tres S. Iesu Pragam concessere.

Graua mina eorum, quæ prætendunt, vul-  
go hæc feruntur. 1. Illustr. nempe D. Guber-  
natorem Prouinciæ, reformationem exerci-  
tij Religionis instituisse, & verbi diuini Mi-  
nistros, aliosque Euangelicæ doctrinæ addi-  
ctos è Prouincia exegisse.

2. Pro defunctorum corporibus terræ  
mandandis, magnam à Romano Catholicis  
Pastoribus, & Sacellanis pecuniæ summam  
exactam.

3. Relegatis taliter è Prouincia grauiissi-  
mas contributiones impositas fuisse, quæ ad  
20. 30. pluresque florenos pro centum, ad-  
scenderunt, in tantum vt multi è subditis  
cum totis familiis ad extremam redacti fue-  
rint necessitatem.

4. Multos

4. Multos è subditis ob religionem Augustanæ Confessionis, innocentes è medio 1626. sublato, & metuendam, ne positis armis eodem modo erga reliquos procedatur.

5. Prouinciam totam mensuris exactio- nibus grauissimis grauata fuisse.

6. Milites præfidiarios excursionibus cre- berrimis, & depopulationibus Prouinciales grauasse, iumentis ablati, & pecuniis impe- ratis: proq; his omnibus nullam auxiliij spem vnquam ipsis affulisse.

Hiscè igitur grauissimis oppressos afflicti- onibus, subiectissime implorare sese S. Cæs. Maiest. vt quamprimum medelam illis afferendo Augustanæ Confessionis Religio- nis Pastores, & scholarum præfectos resti- tuat, eisq; prouentus & pensiones quibus ante hac fruebantur, assignet.

2. Milites è Prouincia abducere curet, nec alios in Prouinciam introducat.

3. Exactiones mensuras à militibus exi- gi solitas, tollat.

4. Seditio hæc nemini vnquam in poste- rum fraudi sit, nec vlla pœna ab vllò eius no- mine exigatur.

5. Hæc omnia ante armorum depositio- nem executioni demandentur, & à S. Cæs. Maiest. vt & Seren. Bauariæ Electore idonea desuper sibi præstetur cautio. Quibus præ- stitis, in

Anno stitis, in omnibus, iustis & legitimis casibus  
1626. S. Cæs. Maiest. subiectissimos, ad extremum  
vsque vitæ spiritum permansturos.

Interim numerus eorū quotidie, ad multa millia augetur.

Præter hæc totam Prouinciam in certos limites, & partes distinxere, certis regulis & articulis constitutis, iuxta quorum tenorem, necessitate urgente, loca certa congregationi militum, receptui, & relationi constituerentur.

In regione nimirum Hausrugg dicta, urgente necessitate, & Generali congregatione copiarum indicta, locus congregationis, trigesimali, vel quinti virium congregandorum, hoste è Styria, irrūpente, Zypsa, Völkenmarka, Georgij Fano, & Völckenbrugg, constituitur. E Bauaria irruente hoste, constituitur congregationis locus Vöcklenbrugg, Georgij fanum, Afferheim, Beurbacū, Nevenmarck, & Engertzella: E Bohemia, & Danubij ostiis erumpente, Engertzella, Efferdinga, Willharinga, & Lintzium, loci congregationis pro reliquis copiis armatis, exceptis tricesimo, decimo, & quinto, certi quoque constituti sunt: & quidem campana signo edito, & relatione de hostium aduentu peracta, quilibet annona in triduum sufficiente instructus, ad vicinum constitutum locum congrega-

gregationis, Valkenburgum, Lintzium vel Anno  
Wellam sese conferat. 1626.

Plebs vero reliqua, armis ferendis inidonea, quamprimum campana signo edito, & relatione peracta, vna cum rebus omnibus pretiosioribus, annonae, aliisque necessariis ad proximiora constituta loca, vt in praedicta regione sunt, V Villharinga, Efferdinga, V Velsa, Aesserheim, Volckenbrugg & V Vartenburgum se conferat.

In proximioribus etiam aedibus sacris signum trina vice edatur, repetatur toties, quoties necessarium visum fuerit.

Certae etiam & iuramento obstrictae personae constituantur, qui de hostis impeturelationem proximi loci magistratui ocysime faciant, vtpote si quis Lintzij huic muniti praefectus fuerit, Ebersbergam contendere, & eius loci magistratui hostilem aduentum significare teneatur, Ebersberga alius S. Floriani fanum contendat, vicesque suas aliis ad hoc constitutis tradat.

Consimilia etiam in aliis regionibus huius Prouinciae Austriacae constituta sunt.

Hisce omnibus peractis, ipsam Prouinciae metropolin Lintzium obsidione cingunt, aliaque hostilitatis documenta ediderunt, prout ex literis Deputatorum Prouinciae Austriacae, Viennae 28. Maij perscriptis patet.

Non.

Anno 1626. Non dubitare sese, quin literas hesternas cum quibusdam aliis documentis acceperint, & effectui tradiderint, presentibus significare sese, ultra septuaginta rusticorum millia exceptis qui in regione Mülland dicta, congregati sint, conuenisse, & hesternae die iter Lambacum versus instituisse, & arma atque & annonae copiam, omnia eo loci asportasse, monasterium etiam deprædatis, ultra triginta tormenta bellica variis ex locis & oppidis auexisse, Lambaco Mündam, & Steyram progressuri. Fama est lignarios ab ipsis concitatos, pariter arma cepisse. Præter hæc etiam arces castra & munitiora loca quæque in potestatem illos recepisse, & præsiis munuisse, inter alia etiam arcem VVachsenbergam, Struereck, Gemündam, occupasse, ex singulis domibus singulis militiae nomen dare coactis. Præterita etiam nocte ignes multos, quales in castris excubantium militum esse solent, visos esse, Urgere eos libertatem exercitij, prout ante reformationem ea vsi sunt. Licet vero de sedandis hisce motibus aliquoties per diuersos cum ipsis actum fuerit, facile tamen illos sese excutare quasi ex omnibus Prouinciæ ditionibus nondum congregati sint. Verum hisce non attentis, Nicolaum Sichmarum rogatu rusticorum ad deputatos eorum sese ablegasse,  
 vteorum



vt eorum petitione intellecta grauiſſimum Anno  
hoc negotium eo dirigere ſtudeat, quo vna 1626:  
cum ipſo Delegati eorum huc ablegentur, &  
de componendo hoc diſſidio tractatio in-  
ſtitui poſſit. Cum vero per quã neceſſarium  
ſit, quæ hoc in negotio in aula Cæſarea per-  
acta, & quæ S. Cæſ. Mai. & Conſiliariorum  
Eiuſdem intentio ſit, ſibi perſpecta eſſe, ro-  
gare ipſos, vt quid ſingulis diebus hoc in ne-  
gotio pertractetur, ſignificare velint, &c.

P. S. Addunt perſcriptis hiſce intellexiſſe  
ſeſe, ex Chriſtophoro Ambthofero, & Chriſt.  
Miterhofero, ſuis ad Ruſticis Delegatis, illos  
Gemündam heſterna die aſcendiſſe, ſed op-  
pidanos re intellecta in eorum iuraſſe ver-  
ba, quo facto, reſgreſſos illos, recta Lintzium  
verſus iter inſtituiſſe, eo animo, vt vel Illuſtr.  
D. Comitem, ſupremum Prouinciæ præfe-  
ctum in poteſtatem redigerent, vel oppidum  
in cineres verterent, &c.

Hoc vero rerum ſtatu Inuidiſſimus Impe-  
rator, Diuus Ferdinandus, Dominus noſter  
clementiſſimus, literis ruſticos hoſce, vt à re-  
bellione deſiſterēt, clementiſſime eſt exhor-  
tatus: Intellexiſſe ſcil. Cæſ. ſuam Maieſt. illos  
legitimos & naturales ſuos ſubditos, ex con-  
ſilio & perſuaſione maleuolorum quorun-  
dam, ſeditione mota, arma iniuſte cepiſſe, lo-  
ca etiam quædam hoſtiliter occupariſſe, & ali-

F

os ſub-

Anno os subditos suos pacificos minis grauissimis  
 1626. in suas adhuc pertrahere partes, illa vero omnia minime illos decere, & præter ius, & æquum contra Deum omnipotentem, legitimum magistratum, & omnium gentium iura ab ipsis tanquam naturalibus & hæreditariis subditis perpetrari. Et quidem, si iniquus habiti, forsean conquirendi contra alios causas sese habere existimassent, æquum fuisse, vt Cæs. S. Maieft. vtpote Domino & Principi suo hæreditario querelas illas proponerēt, & remediū malo illi expectarent. Verum cum hisce omnibus posthabitis, arma violenta eos cepisse, & seditionem grauissimam excitasse manifestum sit, eo grauiorem indignationem & iram erga illos Cæs. S. Maieft. concepisse. Verum, quo magis perspiciant Cæs. S. Maieft. paterno erga sese animo affectam, & omnia sua consilia ad præcauendam Prouinciæ ruinam, & damnum spectare, Commissarios suos Cæsareos, Nobiles & Doctos, fideles, dilectos Carolum Fuchsum Baronem, V Volfgangum Nicolaū à Grünthal, in Krembregg, & Reinsperg, Consiliarios suos Aulicos, & Martium Hassnerum I. V. Doctorem, & Consiliarium Austriacum, cum literis præsentibus ad eos ablegasse, quo eos ab iniusta illa molitione ac violentia dehortentur, & ad debitam obedientiam perducant.

ducant. Mandare igitur, & velle, vt prædictis Anno  
Commissariis S. Maieſt. voluntatem ipsis si- 1626.  
gnificantibus plenariam adhibeant fidem, &  
exhortationi eorum, mandatisque suis Cæ-  
fareis obedientiam præſtent, arma depo-  
nant, præfatis Commissariis Cæs. tradant, &  
absque omni mora domum repetant: & sic  
ab omni vltiore rebellione & hostilitate in  
posterum abstineant. Constituisse enim Cæs.  
Maieſt. & inhibuisse, ne positis armis vlla vis,  
aut molestia ipsis inferatur, grauamina vero  
& prætenſiones si quas haberent, cognosce-  
rentur, & iure deciderentur: Potestatem et-  
iam hisce ipsis clementissime facere, vt que-  
relas suas vel coram Maieſt. S. Consiliariis,  
vel coram S. Maieſt. per deputatos suos de-  
bito modo proponere & deducere possint,  
eumque in finem Saluum illis conductum,  
& omnem Cæsaream beneuolentiam offer-  
re. Quod si vero præter spem in præconcepto  
maleuolo suo proposito, perseuerare velint,  
facile ipsos perspicere posse, Cæs. S. Maieſt. ea  
media vsurpaturam, quæ ipsam tanquam su-  
preum Christianæ Reip. caput & magistra-  
tum ordinariũ in tali casu decent, & in prom-  
ptu futura sint. Malle tamen iis, ad præca-  
uendam pessundationem & ruinam ipso-  
rum, vxorum, liberorum, & innocentium ac  
totius Prouinciæ, supersedere, & solita cle-  
mentia

Anno mentia Cæsar. erga illos vsuram. Confidere  
1626. erga M. S. illos paternam hanc admonitio-  
nem & dehortationem sincero animo per-  
pensuros, & arma illegitime sumpta depofi-  
tuos: &c. Viennæ 27. Maij 1626.

Verum paternis hisce dehortationib. spre-  
tis, Rustici illi in seditione perseuerantes, vr-  
bem Steyram occupant, licet tum temporis  
S. Cæs. Maieft. Commissarij amicabili com-  
positione dissidium hoc componere summa  
diligentia niterentur. Nec ab vrbis Lintzij  
oppugnatione destiterunt, quamuis S. Cæs.  
Maieft. dominum & Principem suum legi-  
timum, sese agnoscere, & omnia Prouinciæ  
debita in sese recepturos protestarétur, mo-  
do liberum Religionis exercitium ipsis per-  
mitteretur: Eum in finem Deputatos sex ex  
suis Viennam ablegarunt, qui S. Cæs. Maieft.  
grauamina sua exposituri, querelas suas D.  
Doctori Hegenmüllero iussu S. Cæs. Maieft.  
proposuere. Interim transitus omnes occlu-  
sere, quãuis arcem Lintzio imminuentem vi-  
 nondum tentassent. Interim castra intra mil-  
liaria tria metati, 40. tormenta bellica, pagis  
& vrbibus occupatis erepta, secum ducunt,  
licet vero in obedientia Cæsarea se futuros  
vbique spondeant, omnem tamen tractatio-  
nem & compositionem cum Domino Præ-  
fecto Prouinciali respuunt.

Vrbem

Vrbem etiam Amisum ex insidiis interce- Anno  
pere, & pacis condiciones præfidiariis offe 1626.  
rentes durante tractatione vi oppidum in  
potestatem redegere.

Præterea etiam 25. Jun. requisitionem &  
protestationem Ordinibus in vrbe Lintzio  
congregatis subsequenter tenoris è castris su-  
is Ebelsbergenibus transmisere, & Illust. D.  
Comitem Prouinciæ præfectum sibi tradi  
postularunt.

P. P. Minime sese dubitare, inquit, Do-  
minos, Ordines & Status Prouinciæ, vt &  
Ciues & Communitatum rectores Lintzij  
congregatos, iam dudum cognouisse, præ-  
sentium motuum & tumultus causas, &  
oppugnationis vrbis Lintzij, minime in præ-  
iudiciũ, damnum offensionẽ, vel detrimen-  
tum S. Cæs. Maiest. Domini & Principis sui  
clementissimi, vel cuiuscunque alterius be-  
neuole erga se affecti, de quo omnipoten-  
tem Deum testem innocent, institutam esse,  
sed ex hac solum pro manare causa, quod Ad-  
mus ab Herbersdorff, qui tum Lintzij in ar-  
ce Cæsarea substitit, iam ab aliquot re-  
tro annis grauius eos afflixerit. Petere ergo  
ab ordinibus, & omnibus Christianis bene-  
uole erga se affectis, vt prædictum Adamum  
ab Herbersdorff, suæ potestati tradant copi-  
as suas militares saluis impedimentis, & gla-

Anno diis ex vrbe dimittant, urbemque præfidiis  
 1626. suis muniendam tradant, & vt hoc securius &  
 absque dolo fiat, quinquaginta viros hone-  
 stos obsides tradant, totidem à se reciproce  
 receptis. Quod si vero Herbersdorffium &  
 milites eius in potestatem redigere neque-  
 ant, ipsi ordines, ciues & rustici cum incolis  
 inclytæ huius vrbis, vnà cum familiis, & bo-  
 uis suis vrbe egrediantur, & vel Ebersberga-  
 nam arcem, vel in ciuitatem VVels discedât,  
 salui ab ipsis & incolumes eo deducendi:  
 Hæcque petita ipforum omnibus incolis  
 publice significari curent. Sin vero huic pe-  
 titioni suæ minime locus detur, protestari se-  
 se, de subsecutura Prouinciæ & vrbis ruina, &  
 omnibus aliis malis euenturis, etiam apud i-  
 psam S. Cæs. Maiest. fore excusandos, &c.

Eiusdem ferme tenoris literas intermina-  
 torias, 25. Iun. Dominis Ordinibus, & Eque-  
 stris ordinis viris transmisere, suis vt castris  
 sese coniungerent, & arma sociarent, extre-  
 ma quæque & bonorum direptionem, nisi  
 nomina dederint, interminati.

Per deputatos vero suos in aula Cæsarea  
 breuibus, & talibus ferme petitionem suam  
 proposuerunt: Cum in præsentī calamitate,  
 & afflictione, nullius alius mortalis opem,  
 quam Cæs. Maiest. implorare ipsis, & extra  
 eam ab nullo auxilium sperare liceat, summa  
 necessi-

necessitate sese coactos subiectissime obse- Anno  
 crare, vt S. Cæs. Mai. ex innata Cæs. & Prin- 1626.  
 cipali clementia liberum exercitium Con-  
 fessionis Augustanæ Religionis, prout ante  
 octennium, vel decennium eo vsi fuere, ele-  
 mentissime sibi permittat, & Bauaricas copi-  
 as è Prouincia educi curet, quo impetrato,  
 omnia subiectionis & obedientiæ officia, vt-  
 que ad extremum vitæ spiritum, S. Cæs. Mai.  
 sese præstituros.

Nec minor in Saxonia Inferiõre motus. *Minda*  
 Illustr. enim Comes, D. Tillius Mindam vr- *vrbs à*  
 bem, ad Cæs. Maiest. obedientiam reductu- *Com. Tillio*  
 rus, obsidione cingit, oblatis ante oppugna- *capta.*  
 tionem certis quibusdam pacis conditioni-  
 bus, verum cum Delegati eius male ab oppi-  
 pidanis haberentur, nonnullis ex iis trucidatis,  
 6. Iunij die, octo Legionum exercitu in-  
 structo, castra terna ante urbem metatur,  
 quorum primum in suburbiis ab ipsis oppi-  
 danis incendio consumptis, quo loci Domi-  
 nus à Furstenberg, Cortébachius, & Schön-  
 bergius statiuā habebant, alterum ad VVe-  
 saræ & Fuldæ confluentes, & tertium, quo  
 præfat. Dominus Generalis Tillius statiuā  
 habebat. Subsequenti ergo die Dominica  
 tormenta summa vi contra oppidi muros  
 explosa, per integrum ferme diem muros  
 concutiebant, nec ab oppidanis defensio in-

Anno termiffa. Interim proxima Lunæ die D. Ge-  
 1626 neralis miffis tribus vicibus æneatorib. dedi-  
 tionem imperat, fed frustra, vrbis Capitaneo  
 Clout ad extrema fe parante, & præfidiariis  
 ignominiofis dictis Cæfareanos profe-  
 quentibus. Hinc indignatione concepta tor-  
 menta omnia in vrbis munitiones directa,  
 præcipue vero è castris Furftenbergianis,  
 tanta vi muros protrauere, vt oppugnanti-  
 bus via in vrbem facile pateret: nec tamen  
 deditio ab oppidanis impetrari potuit. Fur-  
 ftenbergius itaque nona diei hora duabus le-  
 gionibus, V Verram tranfiens oppugnatio-  
 nem instituit, & intra horæ quadrantem op-  
 pidanis repulfis, vrbem vi ingreditur, obuios  
 omnes trucidat, plerisque è ciuibus & mili-  
 tibus in templi cœmiterium fe recipienti-  
 bus, & fortiter defendentibus. Verum &  
 hoc conatu frustrato, in arcem fe pugnantes  
 recepere, tanto impetu Cæfareanis resi-  
 stentes, vt tota area cadaueribus repleretur,  
 & vna cum Capitaneo Clout, ciues & in-  
 colæ, cum militibus præfidiariis internecio-  
 ne occumberent, atque vt coniectura fert,  
 occiforum numerus ad 2500. ferme adscen-  
 deret, multæ etiam ex mulieribus, quæ ma-  
 ritis fuppetias ferre conabantur, occifæ,  
 fequenti die 300. ex vicinis oppidis  
 Allendorffio, & V Vittenhaufen, plaustris  
 occifos



occisos extra urbem euehentes, sepulturæ Anno  
mandarunt, nonnullis in profluentem VVe- 1626.  
sarae proiectis.

Sabbatho proximo 18. tonnæ puluere  
nitrato repletæ in turri quadam, ex mili-  
tum incuria, ignem conceperunt, & 200.  
domus prostrauere. Ex Cæsareanis mili-  
tum præfectis, Capitaneus Pierson, occi-  
sus, Baro & Capitaneus à VVolckenstein,  
vulneratus, eiusque & Legionis Herbipo-  
lensis Locumtenens, præter militum grega-  
riorum centurias aliquot trucidatus.

Diem supremum interea 6. Maij clau- *Christiani*  
sit Illustrissimus Princeps, Christianus Iu- *Iunioris*  
nior, Brunsvicensium, & Luneburgensium *Ducis Brun-*  
Dux, cum aliquandiu ex febre grauitè la- *svicensis*  
borasset. Euiscerato corpore, intestina in *obitus.*  
cordis præcipue regione, nigris maculis af-  
fecta apparuere, & lenti veneni signa de-  
dere.

Capta vrbe Minda, vt proxime dixi- *Ill. D. Comes*  
mus, exercitus Cæsareanus circa urbem *Tillii tra-*  
Castellas regionis metropolin congregatur, *ctatus cum*  
verum nulla oppugnatio, vel obsidio, in *Hassia*  
24. vsque Iun. diem tentata. Interim Illu- *Ländgrauio.*  
striff. D. Comes Tillius præsidia Castellis,  
& aliis prouinciæ urbibus recipi petiit, re-  
fragante Illustriff. Principe D. Mauritio Has-  
siae Landgrauio, qui huc vsque tergiuersa-

F s tus,

Anno tus, petitioni huic locum dare renuebat. Ge-  
 1626, neralis itaque Tillius literis 19. mensis hu-  
 ius ad Principem Mauritium perscriptis, pe-  
 riculum, in quo tota Prouincia versetur, ob  
 oculis ponit, petitque vt vel petitioni suæ  
 locum relinquat, præfidiis receptis, vel con-  
 ditiones alias, quibus S. Cæsar. Maiest. de hac  
 Prouincia in fide continenda, securior red-  
 datur, proponere velit, sin minus de futuris  
 malis sese protestari, &c.

In sententia nihilominus Landgrauio  
 persistente, D. Generalis Prouinciæ Status  
 Guttenbergam duobus miliaribus Cassel-  
 lis distantem conuocat, & conuentum il-  
 lum Illustriss. Principi Landgrauio V Vil-  
 helmo seniori Mauritij filio significari cu-  
 rat.

*VVeiden-  
 bruck ca-  
 pta.*

Superiori libro quinto tomi decimi quin-  
 ti diximus Episcopatum Osnabrugensem  
 vna cum metropoli à Danis in potestatem  
 redactam, & aliquot ex vrbe captiuos ab-  
 ductos, urbemque VVeidenbruck occupa-  
 tam fuisse, eum in finem quo post obitum  
 Cardinalis & Comitis in Hohenzollern,  
 nouiter electus Episcopus Osnabrugensis,  
 D. Comes à VVartenberg, possessione epi-  
 scopatus excluderetur.

Ad hunc conatum retundendum Illustr.  
 Dominus Comes in Anholt superiorib. die-  
 bus

bus Episcopatum in potestatem redigere co- Anno  
natus, urbem VVeidenbruck aggressus, eam 1626,  
oppugnare cœpit.

Quamuis vero præfidiarij initio oppu-  
gnationis fortiter eius conatui resisterent,  
ipse subsidiorum submittendorum, tandem  
tamen hisce conditionibus deditioem fa-  
cere coacti sunt.

1. Omnes præfidiarij, eorumque duces  
& præfecti tam militares, quam pedestres,  
more militari expensis signis, tympanis so-  
nantibus, & cum armis, funiculis ardentibus,  
& globulis ore retentis, saluis impedimentis  
omnibus, illæsi vrbe dimittantur, & tradi-  
tis vtrunque obsidibus in loca tuta dedu-  
cantur.

2. Cum præfidiariorum Dux Casparus  
ab Ohr, & præfidiarij, transfugas Illustr. D.  
Comiti Tillio tradere renuerint, liberum sit  
Comiti Tillio eos, quos deprehendere po-  
tuerit, recipere.

3. Ciuibus, etiamsi militari sacramento  
obstricti non fuerint, exire cum præfidiariis,  
permittatur.

Tormenta militaria, puluerem nitratum,  
& alia in vrbe relinquant, nec liberum ipsis  
esto, quicquam ex istis auferre, præter quod  
in vsum tormentorum manuariorum aspor-  
tare moris est.

Captiuos

Anno 1626, Captiuos omnes, cuiusque sint conditio-  
nis, absque lytro & refusione pretij dimit-  
tant

Actiones omnes erga subditos Archiepi-  
scopi Colonienfis, & Episcopi Osnabrugen-  
fis, remissæ sunt, nec vlli molestia vlla eo  
nomine inferatur.

Deducendis ægrotis vulneratis & impe-  
dimentis currus triginta eis exhibeantur.

Præfidiarij proxima Martis die 23. Iunij,  
tempore matutino oppido exeant, Anholti-  
nis intròmissis, quibus etiam vsque ad tota-  
lem illam cessionem & exitum liber in vr-  
bem pateat accessus.

Transactio hæc ab vtraque parte transi-  
gente, scriptis comprehensa, & sigillis com-  
munita est, &c. Dat. in castris Rhedanis 21.  
Iunij. 1626.

Paulo post occupatam hanc urbem Osna-  
brugenses Deputatos suos ad Illustr. Co-  
mitem Anholtinum ablegarunt, & in pote-  
state sese futuros spondere. Isenburgici  
& Fuggerani circa Lipstadium hoc tempore  
congregati, VVestphaliæ quasdam ciuitates  
aggressuri videbantur.

Vigesimo huius mensis Ill. Comes Guili-  
elmus Fridericus à Styrumb, Grollam aggre-  
di conatus, ab oppidanis repulsus est, Locum  
tenente cum equitibus triginta cæsis.

Interea

Interea grassante Marte, S. Cæs. Maiest. Anno  
 Caduceator 17. Iunij sexta matutina, cum 1626.  
 certo quodam equitum numero, habitu so- S. Cæs. Mag:  
 caduceator  
 lenni; prout moris est, & 12. æneatoribus Magdeburg.  
 gum missis.  
 comitatus vrbein Magdeburgum ingressus,  
 ante Curiam mandatum Sacra Cæsarea  
 Maiest. manibus subscriptum, ciuibus  
 prælegit, quo Principibus & Statibus  
 Inferioris Saxonicæ Prouinciæ intra sex  
 septimanas arma deponere, copias omnes  
 sacramento soluere & dimittere mandaba-  
 tur, S. Cæs. Maiest. copias etiam suas certis  
 quibusdam sub conditionibus dimissuram  
 spondente.

Expeditionem summis viribus æstate hac Turci d.  
 Persis cast.  
 Turcarum tyrannus in Persiæ regnum su-  
 sceperat, regnum illud vi in potestatem re-  
 digere attentans, verum Persiæ fortiter resi-  
 stentes Turcas tanta vi aggressi sunt, vt ex-  
 exercitu eorum omni dissipato, vltra decem  
 millia Turcarum desiderarentur.

Hoc etiam tempore magna quædam, & Nauis Hi-  
 spanica ab  
 Hollandis  
 capta.  
 pretiosissimis mercibus instructa nauis Hi-  
 spanica Hollandis cessit, & Locumtenens in  
 illa cum aliis quibusdam conspiratione ini-  
 ta, Capitaneum obruncat, & Hispanos re-  
 fractarios in mare proiecit, Anglos vero 19.  
 in terram exposuit, & nauem, 32. tormen-  
 tis maioribus instructam, Amsterodamum  
 deduxit.

Anno deduxit, ob quam causam magna ei præmia  
1626. decreta, & Capitaneus illius navis contra  
Hispanos constitutus est.

*Mansfeldii  
è Marchia  
discessus.*

Mansfeldius interea copias suas dispersas  
recolligit, & 8. Julij è Marchia Brandenbur-  
gica discedit, in Silesiam transiturus, eum  
Saxonicae Dux Vinariensis secutus est, & co-  
pias suas cum eo coniunxit: Pariter etiam  
Fuchsius militum Dux, cum copiis suis Tan-  
germunda Silesiam versus Mansfeldij vesti-  
gia legit, ponte nauali ante discessum dissi-  
pato. Hocce Dux Pechmanus, cum turmis  
aliquot equitum & sex legionibus peditum  
subsecutus est.

*Göttingæ  
vrbs ca-  
pta.*

Ex aduersa parte Illustris D. Comes Til-  
lius, capta vrbe VVeidenbruck, Göttingam  
urbem tentat, obsessis initio strenue oppi-  
dum defendentibus, & aliquoties ex vrbe  
egressis, Cæsareanos magno impetu oppu-  
gnantibus. Verum Illustr. D. Comes il-  
lius machinas, & instrumenta bellica, qui-  
bus in oppugnatione vrbis Mindanæ vsus  
fuerat, vt & tormenta ante urbem statui cu-  
rauit. Interea obsessi 23. Iunij, vrbe egres-  
si Cæsareana castra & equites 1000. statiua  
sua prope urbem habentes, inuadunt, 30.  
ex iis occisis, 20. captis, & opima præda par-  
ta: occisione eos deleturi, nisi subsidium è  
reliquo exercitu auxilio ipsis fuisset, Illustr.

vero

vero Comes D. Tillius duodecim maiora Anno  
tormenta ante urbem statuit, & euniculos 1626.  
ad urbis vsque mœnia & fossas egit, 300.  
fossoribus operi incumbentibus, ex quibus  
150. ruina oppressi, perierunt.

Verum licet omnibus modis ad Cæsar.  
Majest. obedientiam reducere urbem D.  
Generalis conaretur, virtute tamen & forti-  
tudine prædiariorum in mensem vsque  
Augustum obsidio protracta est, & tan-  
dem vrbs deditioe, sub certis subscriptis  
conditionibus capta, Cæsarianis cessit.

I. Urbis gubernator, Capitanei, militum  
præfecti, & milites gregarij, cuiuscunq; con-  
ditionis & status, Illustr. D. General. D.  
Comiti Tillio, nomine Sacr. Cæsar. Ma-  
jest. urbem tradant, II. Gubernator urbis,  
Capitanei & milites omnes gregarij, cum o-  
mnia fortissimorum ducum & militum of-  
ficia expleuerint, signis expansis, globulis  
tormentariis ore retentis, funiculis ardenti-  
bus, & saluis impedimentis, liberam disce-  
dendi potestatem habeant, nihil tamen è  
bonis, & facultatibus ciuium secum aufe-  
rant.

3. Et quidem præsentis II. August. die cir-  
citer horam octauam matutinam vrbe præ-  
sidiarij discedant, ab Illustr. D. Tillio ad  
proxima vsque Danorum statiua (excepto ta-  
men

Anno men Northeimio & Erichburgo,) tuto & se-  
1626, cure deducendi.

4. Transfugæ hac transactione, & secu-  
ritate non comprehendantur, sed deprehen-  
si Illustr. D. Comiti Generali puniendi  
tradantur, nullo vero diuerso habitu, vel a-  
liis modis occultentur; Hæcque omnia fir-  
miter ab vtraque parte executioni deman-  
dentur: literis vtrunque sigillis propriis mu-  
nitis, & corroboratis; Götting. II. Augusti  
1626.

*Res à seditio-  
nis rusticis  
Austriacis  
gesta:*

Superius diximus transitus & itinera o-  
mnia totius Prouinciæ Austriacæ supra Ami-  
sum, à rusticis præsiidiis munita, & ipsam vr-  
bem Lintzium oppugnatam aliquoties ab i-  
pſis fuisse, restant etiam hoc loco aliqua de  
iis commemoranda. Decimo ergo quinto  
mensis Iulij ultra septuaginta milia congre-  
gati, prædictam urbem Lintzium, oppugna-  
tione grauiſſima tentant, reiterata læpius &  
ferme quotidie oppugnatione tanta pertina-  
cia, vt ad 30. vsque prædicti mensis diem illa  
protraheretur.

Et quidem licet à præsiidiariis magna vir-  
tute & fortitudine sæpius repulsi essent, re-  
nouatis tamen viribus, grauiſſimis tormen-  
torum ictibus vrbis mœnia adeo concutie-  
bant, vt maxima murorum ruina inter por-  
tam V Velferanam, & Scholasticam edere-  
tur,



tur. Ad hanc igitur muti ruinam, oppugna- Anno  
tionem nouam instituunt, sed magno suo 1626.  
malo. Ultra sexcentos enim per ruinam in-  
gressos, Croati mandato Perillust. Dom.  
Præfecti Prouinciæ, adorti, omnes ferme  
internecione cædunt, reseruatæ tantum qua-  
draginta ex iis, quos iuramento obstrictos,  
sefe in posterum nihil quicquam contra ma-  
gistratum suum & Principem attentaturos,  
& reliquos rusticos, fuga dilapsos ab vltteri-  
ori rebellionis continuandæ motu dehor-  
tatos, domum remisere. Interim D. Lõ-  
belius militum Dux ponte ante oppidum  
Ens, reparato, 24. Iulij die, Rusticos ante  
oppidum Ens statiuam habentes, aggreditur  
tanto impetu, & virtute, vt ultra 900. cæsis,  
duodecim millia eorum fuga dilapsos dissi-  
parit, magno pecudum numero, & 10. tor-  
mentis maioribus in potestatem redactis. Ex  
hac ergo clade tantus rusticos hosce refra-  
ctarios terror inuasit, vt vel Ducis sui Gene-  
ralis Achatij V. Vellingeri, Sutoris, imperium  
aspernari videantur, & domum quisque su-  
am repetant: magna spe omnium animos  
lubeunte, eundem huius belli Rusticani,  
cum priore, quod ante seculum gestum exi-  
tum fore.

Paulo vero ante, s. nempe huius mensis  
die Rustici hi urbem Freystadium dolo in  
potestatem redegere. G Cum

Anno 1626. Cum Capitaneus vrbs Sokolouius, 30. Junij tormento manuario occitus esset, rustici ministerio lanionis cuiusdam obitum eius cognouere, simulque eis denuntiatum, qua parte vrbs debilior, nonnullæque scalæ absconditæ essent, dolo igitur urbem aggressi, nequicquam præsidariis, duce destitutis, resistentibus, ea potiti sunt, Ciues vero Evangelicæ Religioni addicti linteis candidis è fenestris ædium appensis, deprædationem effugere, Romano Catholicæ vero doctrinæ addictis, vt & iis, qui in arcem confugerant, bona omnia ablata fuere. Urbis præfectum cum tribus aliis sacri ordinis viris, quorum duo Capuccinorum ordini addicti, in arce custodiæ tradiderunt, & vnum è Capuccinis aure alterum naso mutilarunt, deduxeruntque vna cum religioso & vrbs præfecto in stabulum ædium quarundam, custodiæ demandandos. Georgium etiam Norderum aurifabrum, oppidi consulem, qui longo iam tempore morbo decumbebat, in lecto occisum, in sepultum reliquere, domo deprædata. Sacra etiam vasa in templo & suppellex in arce Comitissæ Meggau prædæcellere.

*Obitus Vidua Brunsvicensium Ducis, & res in Inferiore Saxonia gesta.*

Interea diem obiit Illustrissima, vidua Brunsvicensium Ducis, Seren. Daniæ Regis soror. Cum vero hoc tempore Copiæ Friedlandicæ

landicæ è ditionibus Magdeburgensi, & Anon  
Halberstadiana recedentes, Mansfeldium 1626:  
per Saxoniam insecutæ essent, Seren. Daniæ  
Rex, Præfecturam Hörensleuen, & arcem  
Sommersburgum, de ditione in potestatem  
redigit, versus Aschersleben, Osterwick, &  
circumiacentia oppida progressurus; Arcem  
etiam Schlaen tormentis aliquoties quassa-  
tam de ditione capit, præsidariis illæsis, gla-  
diis accinctis dimissis. Eodem impetu arce  
Steurwolde, capta, & magna frumenti co-  
pia inde parata.

Bellico hoc tumultu in Saxonia Inferiore  
grassante, in Prussiæ etiam Ducatu res turba-  
vere. Seren. enim Gustauus Adolphus Sue-  
tiæ Rex expeditionem in Prussiæ Ducatum  
& territorium Dantiscanorum quinto Iulij  
mensis ducētis nauibus, in quib. mil. 26000.  
& magnum tormentorum maiorum nume-  
rus, Pilouiam, munitionem Polonicam s.  
mill. Regiomonte distantem appulit, & in  
potestatem redigit, vt & vrbes Braunsber-  
gam, & Frayvenburgum, nonnullis ex op-  
pidanis, qui resistere ausi fuerant, cæsis, &  
munitione ante Elbingam excitata, mona-  
chis & monialibus magno numero Dantis-  
cum confugientibus. Hinc literas quadru-  
plices ad Senatum, Tribus, Mercatores,  
Dantiscanos, vt & Nautas omnes ibidem

*Suecia Rex  
Prussiam  
armatus  
aggreditur*

Anno commorantes perscripsit, quibus ex vnaqua-  
 1626, que naue, tributum, & vectigal sibi, non ve-  
 ro Poloniae Regi numerari imperabat. In-  
 terim teloniū Dantiscanum oclusum, com-  
 merciorum cursu omnino interrupto, cum  
 præfatus Suetiæ Rex Dirfauiaë tribus millia-  
 ribus Dantisco distante, castra posuisset, &  
 fluium Vistulam ponte iunxisset, munitio-  
 ne in vtraque ripa excitata. Huic copias op-  
 ponere conatus Equestris Regni Polonici or-  
 do, Graudentzi ponte fluium instruxit.  
 Nauem etiam exploratoriam Dantiscanae o-  
 ræ multo ante Suetiæ Rex imposuerat, quæ  
 naues multas ligna Dantiscum transuehen-  
 tes deleuit, qua re irritatus Capitaneus Po-  
 lonicus 13. mensis Iulij, naues decem lignis eo  
 modo instruit, quo Dantiscum ligna transuehi  
 solebant, militibus in fundo occultatis, qui  
 summo mane ad nauem Suecicam iussu ex-  
 cubitorum appulsi, eam intercipere cona-  
 bantur, verum scelopeti ictu fortuito edito,  
 Sueci excitati tormentis eos abegerunt. In-  
 terim Suetiæ Rex vrbibus captis magnam  
 pecuniæ summam, vtpote Braunsbergæ 70.  
 & Fravvenburgo 50. flor. millia, & Elbingæ,  
 150000. imperiales, & tormenta aliquot  
 bellica imperavit.

Hinc Mariæburgum aggressus, vna cum  
 arce deditione capit, præsidiariis qui 400.  
 numerum

numerum non excedebant, initio defensio. Anno  
 nem parantibus, sed tormentorum grandi- 1626.  
 ne incumbente, fuga dilabentibus. Non-  
 nullis tamen Germanis in arce hostium ad-  
 uentum præstolantibus, vitæ gratia facta,  
 quorum quidam fidem iuramento dedere.  
 Posthæc munitionem aggressus, eam obti-  
 nuit, & totam vicinam regionem, Dirschau-  
 am, Polpelam, Hindenlandiam, VVermet,  
 Grettestatum, Stumm, in potestatem rede-  
 git, ponte Vistulam ad tormentorum trans-  
 uectionem instruxit, hinc magnus ubique  
 incolarum metus. Poloniae interim Rex  
 Dantiscanos ad constantiam adhortatus,  
 submittendi subsidij spem fecit, quod tamen  
 nusquam hætenus apparet, Equestribus Po-  
 lonicis copiis, quæ Stargardiae Pomeraniæ  
 vrbe congregari cœperant, fuga dilapsis,  
 Præsidium Dantiscanorum mille sexcen-  
 tum numerum non excedit: Suetiæ vero  
 Rex instantissime ab Senatu vrbis petiit vt  
 neutri partium addicti, in nauem explora-  
 toriam sumptus factos soluant, naues Polo-  
 nicas, quæ multis iam annis in portu Dantif-  
 cano statiuæ habuere, portu pellant, & ne-  
 cessaria parata pecunia sua exercitui submi-  
 nistrent, quæ quidem Dantiscani sese factu-  
 ros spondere, exceptis quæ de abigendis  
 nauibus Polonicis petita fuerant.

*Continua-  
tio rerum  
ab rusticis  
Austriacis  
gestarum.*

Anno Rustici interim Austriaci, accepta clade  
1626. 21. Jul. & amissa Ebersberga, Lintzium vr-  
bera 28. Jul. iterato maiore impetu oppu-  
gnare nituntur, quam vnquam ante hac fa-  
ctum fuerat, & quidem eo ordine vt noui  
defessis continue succederent, & oppugna-  
tio ne noctu quidem intermitteretur, ex  
oppugnatoribus quisque ligni fasciculum  
lapidibus, vel terra suffarcinatum secum ha-  
bebat, quo facilius fossas vrbis explere pos-  
sent.

Verum magna virtute & fortitudine à  
præfidiariis repulsi, retro pedem ferre coa-  
cti sunt, cum vero ligna fossis iniecta ignem  
industria præfidiariorum concepissent, i-  
gnis etiam in oppugnantes qui lineis ferme  
omnes amicti, ignis vi magis obnoxij erant,  
sæuire cœpit. Desiderati feruntur in hac op-  
pugnatione ultra mille ex rusticis, sed rustici  
nec sic quidem ultra diem vnicam quieue-  
re, verum cum pulueris nitrati copia, & glo-  
bulorum tormentariorum inopia labora-  
rent, ab illis, qui in altera Danubij ripa stati-  
ua habebant, sibi submitti ea postularunt,  
qui quinque naues talibus instruunt. Re ab  
excubitoribus in vrbe cognita, & ad Illustr.  
Domin. Præfectum Prouinciæ delata, 300.  
præfidiarij extra vrbem in ædibus Grunde-  
mani emissi, rusticos vesperi ad vrbem ap-  
pellentes,

pellentes, adoriuntur, 30. ex iis cædunt, Anno  
 multis fuga in Danubio submersis, reliqui 1626.  
 cum duobus tormentis, & puluere tormen-  
 tario nauibus elabitentantes, puluere ignem  
 concipiente, in flumine submersi perierunt:  
 iis qui in quinta naui erant, terrore compul-  
 si fugæ se dedunt. Naues igitur tres à præsi-  
 diariis igne corruptæ & consumptæ fuere, &  
 præsidarij opima parta victoria & captiuis  
 urbem ingressi sunt. Captiuis idem panis &  
 vinum, cum præsidariis in cœna appositum  
 & apud D. Althamerum custodiæ traditi.  
 Calendis itaque Augusti captiui examinati  
 ordine rem pandunt, constituisse nimirum  
 sese urbem summa vi & violentia oppugna-  
 re, verum cum iam dudum præstantiores in  
 obsidione periissent, laborassentque ceteri  
 pulueris nitrati, & aliarum rerum ad oppu-  
 gnationem necessariarum penuria, sexcen-  
 tos, qui præ aliis rei tormentariæ peritiores  
 viderentur selectos, tormenta tria bellica  
 maiora, puluerem, & globulos adduxisse,  
 periisse vero omnia, præter quæ in quinta  
 naue seruata fuga fuissent. Hac ergo accepta  
 clade, quie uere non nihil Rustici, nisi quod  
 metu ne Militum Dux D. Löbelius Stey-  
 ram occuparet, proximis diebus Domini-  
 ca, & Lunæ subsequente, arcem urbis Cæ-  
 saream, templum, hortos & monasteria de-

Anno uastarunt, præda opima ablata, & reli-  
1626. quibus omnino deuastatis, eo consilio ut vrbe  
vastata reliquis facilius sese coniungere pos-  
sent.

Posthæc 4. August. ex quatuor regionibus Prouinciæ, Delegati rusticorum Amiatum transuere, ad pacis negotium cum Cæsareanis Delegatis pertractandum, induciis utrinque constitutis.

*Conspira-  
tionis Gal-  
licanæ ulte-  
rior descri-  
ptio.*

Conspirationis aduersus Gallia Regem  
initæ superius mentionem fecimus: huius  
etiam conscius Dux de Vendosme, & Ma-  
gnus Prior, in arcem Amboysanam capti-  
ui abducti, Rege Nantes contendente, quo  
matri Reginae eius loci præfecturam tra-  
deret.

*Comitio-  
rum Has-  
siorum  
constitutio.*

Comitia interea celebrabat Illustr. D. Co-  
mes Tillius, Gudenbergæ Hassorum, ve-  
rum Illustriss. Principe Mauritio Hassia  
Landgrauio in sententia perseuerante, lite-  
ris ad eum perscriptis, petit, ut vel conditio-  
nibus propositis locum relinquat, & recipi-  
at præsidia, vel media alia proponat, quibus  
S. Cæsar. Maiest. ditionem in potestate ha-  
bere possit, ad euitandam totius Prouinciæ  
ruinam: de ea enim hoc casu, certo subse-  
cutura, sese protestari, &c. Interim arx Span-  
genberga, præsidariis fuga dilapsis, capitur,  
tandem tamen in Comitibus decernitur, Illu-  
striss.



striff. Principem D. Mauritium Landgrauium, in obedientia erga Sac. Cæsar. Maieft. perseverantem, transitum & securitatem exercitui Cæsareano, vt & necessitate urgente tutum receptum, in ditionibus suis concedere, & hostilitatem ac violentiam omnem cessare debere. Hocque decretum 17. Iulij in toto Principatu Hassiaco publicatum, & literis in celebrioribus locis subditis significatum fuit.

Constitutū hoc tempore fuerat ab Ordinibus Confœderatarum Prouinciarum Belgicarum, duobus exercitibus hostem oppugnandum, eum ergo in finem omnes militum Duces & præfecti, necessaria omnia ad bellum hosti inferendum præparabant.

*Hollandi  
Hispanos  
aggrediuntur.*

Et quidem Illustr. Comes Ernestus Cassimirus à Nassaw exercitū duodecim millium probe instructo, Oldenseclam urbem 22. Iulij oppugnare nititur, tribus ante eam excitatis munitioibus. Urbem defendebant præsidarij 1200. Itali, qui circumuicinis regionibus hucusque magna damna intulerant, & quidem ab initio fortiter oppugnationem sustinebant, verum cum Hollandi cuniculis actis, etiam ipsum vallum subiissent, Calendis Augusti Urbem sub certis quibusdam conditionibus, Comiti tradunt, & armis suis instructi, signis expansis, tym-

*Oldenseclam  
capta.*

G s panis

Anno panis sonantibus, saluis impedimentis, & tormento maiore vrbe exeunt, sacramento ad acti, intra certum tempus circa Rheni ripas sese non militaturos. Hocque modo vrbs hæc quatuor propugnaculis, duplici fossa, & munitionibus exterioribus optime instructa, intra octidui spatium Hollandis cecidit.

Posthæc Illustriss. Princeps ad limites usque Vesaliæ progressus, circa Isselburgum & vicina loca castra est metatus.

Mœnia vero vrbis Oldenseelæ, mandato Ordinum Confœderatarum Prouinciarum Belgicarum, diruta, vallum, fossæ & portæ etiam omnes solo æquata. Arx Lage puluere tormentario diruta & vastata est. Interim Comes Ernestus Casimirus urbem Grollam oppugnare cœpit.

*Dani à Cæ-  
sareanis  
prope Calen-  
burgium  
caesi.*

Comes interim Tillius, qui tum temporis in oppugnatione vrbis Göttingæ adhuc hærebatur, Comitem Fürstenbergium cum nonnullis turmis equitum, & 1500. peditibus Calenburgis, à Danis oblectis, subsidio mitit, qui 29. Iulij cognito equitum Danicorum turmas 47. cum tribus legionibus peditum obuiam sibi progressas, in procinctu stare, exhortatus reliquos militum præfectos, aciem instruxit, & vna cum militum Ducibus Four, & Ervvitte, assumptis 8. turmis equitum, & 4. ex Schönburgicis, vt & 6. tur-

6. turmis cataphractorum Schönburgico - Annorum, primam ducens aciem (quem peditum 1626. 1800. subsequuti, agmen claudentibus Courtenbachianis equitibus & reliquis Schönburgicis, cum impedimentis) versus Popenburg, & pagum Rossingam, prope Calenbergium progreditur, Copiis Danicis, 47. turmarum equestrium, quarum quæque 150. vel 180. mil. numero constabat, obuiam factis. Hinc Cæsareani magna animi impetu & audacia Danos aggrediuntur, non expectato postremo agmine, & quidem Illustr. Baronis à Cronburg, 5. turmæ cataphractorum 14. turmas hostiles aggressi, auxiliante Billaio, in fugam versas, dissipant, Dominus etiam Ervvitte, & Four reliquas phalanges mira fortitudine oppugnant, in fugam vertunt, & victoriam amplissimam, diuino beneficio reportant. Ex Danis occubere Freytagius militum Dux, cum 6. Capitaneis aliis, & nonnullis militum præfectis, numerus vero captiuorum, (inter quos etiam Comitem Stolbergium esse ferebatur) certo sciri non potuit, ex equitibus 800. desideratis, signis equestribus 6. captis, & 500. vulneratis in arcem Guelphanam abductis.

Partha hac insigni victoria, & dissipato maximam partem equitatu Danico, Cæsariani Calember-

Anno Calebergium rediere. Inter omnes vero fortitudinis & audaciæ gloria excellait, Illustr. Comes Ludouicus à Fürstenberg, qui totam aciem consilio prudentissimo gubernauit, pari virtutis, fortitudinis & animositatis gloria Illustris etiam Baro, Dominus à Cronberg hoc in conflictu alios omnes præcelluit, qui insigni audacia & virilitate, auitæ gloriæ stimulis agitatus, manu propria insigni equestre hosti eripuit, quod factum præclarissimum Illustris D. Comes Tilius literis Angersteni 20. August. 1626. ad Reuerendiss. & Illustriss. Principem, Electorem Moguntinum datis, insigniter commendat, quas in laudem Illustris huius Herois Cronenbergij inserere placuit: Sperare inquit: sese, Cels. S. iam dudum equestre signum, ab Cels. S. Agnato, Illustri Dom. Barone à Cronberg, in conflictu Calenbergensi, hosti propria manu, magna fortitudinis laude ereptum recepisse, ex eo igitur præclaro & heroico facto Cels. S. clementissime perspicere posse, fore, vt cum auita virtus & fortitudo in florente ætate insigniter adeo, & præclare radios suos exerat, in posterum diuina adiuuante gratia, tandem omnium votis exuperatis eum maiores rerum gestarum gloria & virtute transcensurum.

*Oppugnatio  
urbis Goar-  
ri & arcis  
Reinfelsia-  
re.*

Controuersiam inter Celsiss. & Illustriss. Principes

Principes D. Ludouicum, & D. Mauricium Anno  
 patruales, de successione Marpurgensi, agi- 1626.  
 tatam, hoc tempore executioni demanda-  
 tam fuisse, notum omnibus est. Hunc ergo  
 in finem 25. Iulij Subdelegati Cæsarei quos  
 Consiliarij Hassiaci Darmstadini pone secu-  
 ti sunt, præfectos omnes Inferioris Comi-  
 tatus Catimelibocensis, coram se vt appa-  
 rerent, citarunt, & vt in verba prædictorum  
 Consiliariorum Hassiacorum iurarent, ex-  
 hortati sunt.

Cum vero præfectus arcis Reinfelsiæ ar-  
 cem tradere pertinaciter recusaret, quamuis  
 sedulo de ea tradenda admoneretur, ma-  
 gnus militum numerus probe instructus,  
 cum tormentis, & alij necessarijs rebus,  
 S. Goarini urbem oppugnare aggreditur, &  
 deditionem imperat, nonnullis primo im-  
 petu captis.

Interea Illustriss. laudatissimæ memoriæ  
 Princeps D. Ludouicus, Hassiæ Landgravi- *Ludouicus  
 Hassiæ  
 Landgraviæ  
 obitus.*  
 us, pius, inclytus, Patriæ Pater in præsentia  
 Principum quorundam, & Consiliariorum  
 suorum, extremum diem clausit, magno a-  
 pud omnes sui desiderio relicto: postquam  
 septimanis aliquot lecto affixus, graui-  
 ter ægrotasset.

Vrgent nihilominus obsidentes obsidio-  
 nem arcis Rheinfeldianæ, & actis cunicu-  
 lis ipsis

Anno 1626. lis ipsis fossis succedunt, ita ut obsessi aquæ penuria laborarent: Decimo etiam sexto Augusti die globuli ardentes in urbem coniecti, magnum damnum dedere, ædibus nonnullis incendio deuastatis: hinc tandem Arcis Præfectus cum nulla subsidij spes appareret, arcem subsequenter sub conditionibus tradidit.

1. Præfectus arcis Ioannes ab Vffeln binas arces Illustriss. Principi Domino Ludouico Landgrauio Hassæ tradat.

2. Ipse verò cum militibus suis armis omnibus instructi, funiculis ardentibus, globulis ore retentis, & signis expansis, libere arce excedant, sacris etiam ordinibus additis, & ciuibus recedere volentibus idem ius esto.

3. Vulnerati & ægroti cum impedimentis quo commodius deduci queant, currus quoque quot necessarij fuerint, ijs tradantur.

4. Tormenta bellica in binis arcibus reperta, minime auerantur.

5. Libera illis facultas sit, vendendi ea, quæ commode secum deducere nequeunt.

6. Captiui milites omnes absque lytro libertati reddantur, transfugis exceptis.

7. Hac transactione omnes militum præfecti, & milites gregarij comprehensi sint,  
omni-

omnibus actionibus & prætenſionibus ſub - Anno  
latis. 1626.

8. Ad maiorem obſidentium ſecurita-  
tem Urbis præfectus Urbem Nouam, & por-  
tam Inferiorem Rheinfelſiæ ſuis præſidiis  
muniendam obſidentibus tradat.

9. Deditio hæc ſubſequenti Veneris die,  
circa meridiem fiat, & obſeſſis Naſtadij no-  
ctes duas & diem vnam commorandi facul-  
tas libera ſit, quo vxoribus & familiæ liber ad  
eos pateat accessus.

Hiſce igitur conditionibus arcium dedi-  
tio præſtituto tempore facta eſt.

Inſtituerat menſe Iunio ſummus Pontifex  
congregationem (væ vocant) Cardinalium  
aliquot Romæ congregandorum, inter quos  
pientiffimum, ſumma virtute, & prudentia  
præditum Cardinalem Barbarinum, nomi-  
nauit, quo cognito Cardinalis, qui Hiſpani  
Regis filiam Sacro Baptiſmatis fonte initia-  
rat, iter ex Hiſpania Romam verſus inſtitu-  
it, quam honorificentiffime menſe Auguſto  
à Seren. Hiſpaniarum Rege dimiſſus, & mu-  
neribus ampliffimis affectus.

*Cardinalis  
Barbarinus  
Romam  
profeſtus.*

Interea Illuſtr. Comes D. Tillius Augu-  
ſto menſe, capta vrbe Göttinga, Northemi-  
um oppugnare aggreditur, verum Daniæ  
Regis copiis 15. Auguſt. improuiſo quo-  
que eo appellentibus, equeſtres turma ſin-  
gulis

*Dania Re-  
gis exerci-  
tus à Co-  
mite Tillio  
victus Ca-  
ſus.*

Anno gulis fere diebus configere solebant, Daniæ  
1626. vero Rex urbem Northemium annona &  
realias necessarias introduxit: & in ditio-  
nem Moguntinam, Eisfeldiam contendit,  
Comite Tillio pone insequente, per tridu-  
um fere copiis vtrinque confligentibus.

Cum vero 27. Augusti, Sereniss. Daniæ  
Rex, prope arcem Lutheram, circa meridiem  
arcem instruxisset, congressi inter sese magna  
virilitate, & fortitudine rem gerere cœpere,  
ita vt victoriæ spes initio conflictus dubia  
redderetur, & ad Daniæ Regis partes incli-  
nare videretur: Tandem vero diuino adiu-  
ri auxilio, hac ipsa die 27. August. ipsi ele-  
ctioni Cæsareæ inuictiss. Imperatoris Diui  
Ferdinandi II. Sacra, Cæsareani victoria po-  
titi, Danicum exercitum fuga dilabentem  
cædunt, equitatum omnem dissipant, & pe-  
destres turmas interneccione delent. Ex Da-  
nis in hoc conflictus periere Ioan. Philippus  
Fuchsius, militum Dux Generalis, Neyab,  
Bentius, militum Præfecti, Illustr. Princeps  
Philippus Hassiæ Landgravius, Celsissimi  
Principis D. Mauritij, Hassiæ Landgrauij fi-  
lius, Paritz Regis Daniæ Consiliarius pri-  
marius, & Generalis Commissarius Belli-  
cus. Turmæ pedestres 30. in arcem Luthe-  
ram confugientes, vitæ gratiam sibi fieri pe-  
tentes, ab Illustr. D. Generali recepti sunt,  
salua



salua tamen S. Cæs. Majest. dispositione, cum Anno prius etiam fidem datam fefellerent, signa 1626 pedestria 60. capta, sex equestria, & tormenta bellica viginti duo in potestatem redacta. Inter captiuos fuere Generalis belli Commissarius Lohusanus, Linstouius, Frenckingus, Geest, Couruille, Rantzouius militum præfecti, aliique nonaginta. Equestres copiae in arcem Guelphanam fuga sese receperunt: nonnulla etiam signa à militibus direpta, discissa, & in rei bene gestæ memoriam asseruata sunt.

In Galliis Comes à Chales, coniurationis erga Regiam Maiestatem inicitæ conscius supplicio 28. Aug. affectus est.

*Comes in Chales in Gallus supplicio affectus.*

Weltza Austriae oppidum hoc tempore à Rusticis Austriacis desertum Cæsareanis cessit, oppidi clauibus D. Löbelio Militum Duci traditis, qui præsidio vrbi imposito in S. Cæs. Majest. protectionem oppidanos recepit.

*Weltza à rusticis Cæsareanis tradita.*

Superius dictum Hollandos vrbis Oldenfeelæ mœnia, fossas & portas solo æquatas, diruisse, hoc itaque perpetrato, cum magno numero nauium Hülstam occupare aggressi, ab Hispanicis copiis repulsi, amissis nonnullis ex suis, & tribus nauibus, retrocedere coacti sunt.

*Hollandorum conatus irritus.*

*Ingens Turcorum exercitus à Persis coactus.*

Urgebat hoc tempore Turcarum exercitus op-

H

tus op-

Anno tus oppugnationem vrbis Babylonix quam  
1626. Persa magna virtute huc vsque defenderant,  
sed summa fame cogente, eruptione tenta-  
ta Turcas tanta audacia inuasere, vt occisis  
ex iis 150000. & magno numero captis insi-  
gnem victoriam reportarent. Hac clade Tur-  
carum Imperato irritatus Caimaeon, Primi  
Veziri Locum tenentem, & Ianizarorum  
capitali supplicio affecit.

*Mansfeldi-  
us 200. ex  
suis amissis  
in Vngaria  
contendit.*

Interea sub mensis Septembris initium  
Ducis Friedlandix copix in Morauiam ap-  
pulere, Mansfeldius vero 200. ex suis in op-  
pugnatione Leiptnicensi, & quatuor tor-  
mentis maioribus, ob viae difficultates amif-  
sis, recta Vngariam versus iter instituit, copi-  
as suas cum Transilvaniae Duce coniunctu-  
rus.

*Classis An-  
glica.*

In Anglix regno hoc mense insignis clas-  
sis, maximis sumptibus adornata fuit, sex na-  
uibus maioribus Regiis, 10. mercatoriis, &  
15. diuersi generis constans, cui naues alix  
Hollandicx decem, & triginta sumptibus  
vrbis Londini instructx coniunctx sunt.

*Classis Hol-  
landica ab  
Hispanis  
victis.*

Interea Hispanica classis felici cursu, Hi-  
spanix oras tenuit, qux victa classe Hollan-  
dica, & captis nauibus 22. barbaricis etiam  
40. in potestatem redactis, praesidiariis in  
mare suffocatis, insignem reportauit victo-  
riam.

**FINIS.**

**INDEX.**

MEMORIABILIVM, QVA  
hoc libro continentur,  
Index.


|  |   |
|--|---|
| <b>A</b> rticuli & media à Legatis<br>Prou. Sax. Infer. in nego-<br>tio induciarum proposita.<br>9             | Essexiensis Comes classi Anglica<br>praefectus 61         |
| Barbarinus Card. Romam pro-<br>fectus  | Göttinga capta 84   |
| Caduceator Cas. Magdeburgum<br>missus 83   | Hispani legati Pragam veniunt<br>66                       |
| Christianus Brunsvicensis Dux<br>in ditionem Arch. Mogunt. is<br>missus 62                                     | Hollandica naues Hispania ora<br>maritimas aggrediuntur 6 |
| moritur 79   | Hollandorum conatus irritus<br>95                         |
| classis anglica 97   | Hollandi Hispanos aggrediuntur<br>95                      |
| Hollandica ab Hispanis victa,<br>97  | Incendium Constantinopolita-<br>num 61                    |
| Comes in Chales supplicio affli-<br>ctus 95  | Incendium Viennae exortum 5                               |
| Comitia Hungarica Viennae ce-<br>lebrata 57  | Isenburgicus Comes Rhenus<br>transit 61                   |
| Comitiarum Hassiacorum con-<br>stitutio 94   | Legatus à Rege Dania ad Elect<br>Brand. missus 61         |
| Conspirationis Gallicanae ulte-<br>rior descriptio 94  | Legatorum Com. Tillii declara-<br>tio 3                   |
| Consultatio, siue delineatio arti-<br>culorum, quorum ad normam<br>Pacificationis negotium insti-<br>tuendum 4 | Legatorum Prouinc. ultima d<br>claratio 4                 |
| Copia militares in Regione Pede-<br>montana collecta 65  | Legator. Prouinc. Responso a<br>memoriale Friedland. 1    |
| Dania Rex à Com. Tillio victus<br>93   | ad eam responsum 2  |
| Dania Regis gesta 58   | eorum ultima resolutio 23. C<br>39                        |
| Dani à Caesareanis casu 96   | Legatorum Com. Tillii conclusio<br>27                     |
|  | Ludovic. Hassia Landgr. obitus<br>98                      |
|  | Mansfeldius copias dispersas co-<br>ligit                 |

# I N D E X.

|   |       |   |       |
|---|-------|---|-------|
| <i>Mansfeldius in Vngariam con-</i><br><i>tendit</i>  | 96    | <i>solutionem Legatorum Præ-</i><br><i>uinc.</i>                                | 11    |
| <i>Mansfeldii copia ca. a</i>   | 58    | <i>Responsio &amp; excusatio Princi-</i><br><i>pum &amp; Statuum Inferioris</i> | 6     |
| <i>Mansfeldii copia è Marchia</i><br><i>Brand. deducta</i>                                  | 63    | <i>Prou. ad Ser. Elect. Sax.</i>  | 6     |
| <i>Minda urbs à Tillio capta</i>  | 77    | <i>Rusticorum Austriacorum Re-</i><br><i>bellio.</i>                            | 64    |
| <i>Nauis è Guinea in Hispaniam</i><br><i>appellunt</i>                                      | 60    | <i>Seditio Leouardia exorta</i>   | 61    |
| <i>Nauis Belgica in Gallis detenta</i>  | 93    | <i>Parisiis</i>   | 63    |
| <i>Nauis Hispanica capta</i>  | 83    | <i>Seditio Lugduni Bat. &amp; Amstel-</i><br><i>rodami exorta</i>               | 57    |
| <i>Ordinatio renouata consilii auli-</i><br><i>ci Cæs.</i>                                  | 56    | <i>S. Goarini urbis oppugnatio</i>  | 97    |
| <i>Oldenseela capta</i>   | 95    | <i>&amp; Reinfelsiana arcis ibid.</i>   | ibid. |
| <i>Pacis in Italia confirmatio</i>  | 63    | <i>Suetia Rex Prussiam inuadit</i>  | 89    |
| <i>Parlamenti Anglicani acta</i>  | 60    | <i>Terramotus in Calabria</i>   | 64    |
| <i>Postulata Com. Tillii legatorum</i>  | 13    | <i>Tractatus cū Landgrauio Hassia-</i><br><i>79</i>                             | 79    |
| <i>Propositio in comitiis Vratisla-</i><br><i>uensibus edita</i>                            | 65    | <i>Turci à Persis casti</i>   | 83    |
| <i>Res in Italiagesta</i>   | 56    | 96  |       |
| <i>Res in Belgio gesta</i>  | 61    | <i>Turcarum irruptio in Vngariam</i>  | 63    |
| <i>Res à Rusticis Austriacis gesta</i>  | 86.92 | <i>Vidua Brunsvicensis obitus.</i>  | 83    |
| <i>Responsio Legatorum Friedlandi-</i><br><i>corum ad precedentes articu-</i><br><i>los</i> | 11    | <i>Weltz à rusticis Casareanis tra-</i><br><i>dita</i>                          | 98    |
| <i>Responsio Legatorum Tillii ad Re-</i>  |       |   |       |

F I N I S.






B6.6.137(16,1-4.)


X 260 9080

VD 17

K







MERCVRII GALLOBELGICI,  
M. GOTARDO ARTHUSIO p. m. Suc-  
CENTVRIATI,

*Sive*

RERVM IN  
GALLIA ET BELGIO PO-  
TISSIMVM; HISPANIA QVOQVE,  
ITALIA, ANGLIA, GERMANIA, VNGA-  
ria, Transylvania, vicinisq; locis, à nundinis Francofor-  
diensibus 1626. vernalibus, ad autumnales vsq;  
que eiusdem cum primis gestarum,  
HISTORICÆ NARRATIONIS

*continuata,*

TOMI DECIMI SEXTI,  
LIBER PRIMVS.

*Verè & fideliter conscriptus per*

GEORGIVM BEATVM Fr.



FRANCOFVRTI,

*Sumptibus viduæ Sigismundi Latomi, Anno 1626.*